





BIBLIOTECA  
DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID.  
Estante n.º *a. 102*  
Tabla *M. 270*  
Número *M. 270*

*a 102*

*M. 270*



Deus exaltator.....	והה Psalm. 3 v. 4	ד'טד ב' 32 v. 4
Auxiliator.....	ללה Psalm. 21 v. 20	<sup>Omnium cogni</sup> ינהל ב' 23 v. 11
spei.....	סוע Psalm. 90 v. 2	להה ב' 130 v. 13
Arconditus.....	עלם Psalm. 6 v. 5	וכוק ב' 114 v. 1
saluator.....	מחש Psalm. 33 v. 5	מנד ב' 25 v. 8
laudabilis.....	להה ב' 9 v. 12	אני ב' 77 v. 4
longanimis.....	אג Psalm. 102 v. 6	תעס ב' 90 v. 9
adorandus.....	ככה ב' 94 v. 6	דהע ב' 29 v. 11
Misericors.....	הדי ב' 24 v. 6	יז ב' 87 v. 13
Propitiabilis.....	אלך ב' 32 v. 22	<sup>Misericors</sup> ההח ב' 119 v. 1
	לאו ב' 17 v. 47	<sup>quis sicut iste</sup> סוד ב' 120 v. 7
	ההע ב' 10 v. 4	להה ב' 87 v. 14
	יזל ב' 97 v. 4	ילה ב' 118 v. 108
	מכה ב' 9 v. 9	סאל ב' 93 v. 18
	הדי ב' 2 v. 2	
	הקס ב' 87 v. 2	
	לאו ב' 8 v. 2	
	כלך ב' 34 v. 24	
	לור ב' 39 v. 2	
	פתל ב' 110 v. 2	
	כלך ב' 30 v. 15	
	מ ב' 120 v. 5	
	מלה ב' 8	
	ההר ב' 35 v. 5	
	כהה ב' 9 v. 2	
	האא ב' 112 v. 114	
	ירה ב' 139 v. 1	
	שאח ב' 70 v. 12	
	הדי ב' 53 v. 7	
Patens	אום ב' 70 v. 5	



Handwritten text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Main body of handwritten text, organized into two columns. The text is mirrored across the center fold of the page.



Continuation of handwritten text on the right side of the page, also mirrored across the center fold.



UVA.BHSC



UVA.BHSC



THESIS

IN QUibus

MAGNO AUCTORITATE

HENRICO

IMPERATORIS

ALEX. ET

POSTquam

in

quibus

pro

am

luc

de

si

de

de

de

de

de

de

de

de

de

de







R. 835



# THESES NORISIANÆ,

IN QUIBUS DAMNATA JANSENIJ,

ET NOVATORUM DOGMATA,

MAGNO ADSCRIBUNTUR AUGUSTINO,

A B

HENRICO THEOL., IMPUGNANTUR.

DUACI TYPIS JOAN. KERVEN. ANNO 1730.

§. I.

*MENS, ET SCOPUS AUTHORIS,  
indicatur.*

**P**OSTQUAM Sanctissimi Pontifices S. Pius V. Greg. XIII. & Urban. VIII. Bajana dogmata proscripsere, & postquam Jansenij propositiones ab Innoc. X. & Alex. VII. fuerant profligatæ; Henricus Card. Noris, præsertim in Vindicijs Augustinianis, necnon in Historia Gothescalcana, & Pelagiana haud leve Jansenismi specimen produxit, & veluti Scopum sibi præfixisse videtur, Bajanas, atque Jansenianas positiones à damnationis flammis eripere, & in integrum restitutas, incolumes Scholis reddere. Quare rerum ac temporum statui per necessarium duxi nonnulla indicare, quibus mens, & spiritus Norisianus penitus innotescat.

Neutiquam conspicuo Cardinali honori vertetur, quod infrunicum Religionis hostem Quenellum encomijs liberalissimis, & iteratis extollat, quinimò, & illius præsidium pro suarum opinionum confirmatione, & fulcimento affectare contendat. Quenellum! qui Calvino nocentior, audentiorque Luthero, tum protervia, tum artibus, & audacia, qua calamum strinxit adversus infallibilem Ecclesiæ auctoritatem, qui Calvinianam pestem mellitis suæ mysticæ verbis, & incomparabili

A

ver-

UVA. BHSC



versutia talitèr epotandam obtulit, ut magnam Belgij partem ditioni Jansenianæ, seu potiùs Calvinistæ, addiderit? Quenellum! postquam lethale fœtum Catholicæ Ecclesiæ funestissimum protrudit encomijs profusissimis Evehit, & exornat gravissimus, & sapientissimus Romanæ Ecclesiæ purpuratus!

Quenellum! nec satis miror, qui postquam SS. Alex. VIII. ut erroneas, schismaticas, & hæreticas damnavit 31. propositiones; Romanos Theologos S. Officij Consultores, Emin. Cardinales, & ipsum Alexandrum Pontificem modis indignissimis exagrans, effudit: *Romanum Tribunal videtur esse Latronum latibulum. In censuris Romanis modica apparet equitas, & amor pacis. Magna pars Cardinalium nihil intelligit; & id genus alia, quibus Belgis instillare nitebatur, quo contemptu oporteat excipere omnia, quæ Roma statuat, maximè Jansenistis ingrata. Hunc inquam phanatico insultantem spiritu adversus Regiam, & Pontificiam auctoritatem honorificentissimis elogijs cumulat, & illustri sapientiæ lauro coronat Emin. Noris.*

Nec adeò protervum hæreticum tantummodo exaltat, verùm etiam gloriatur Noris à tanto viro, videlicet à Quenello; laudari, à quo hoc sibi sumit, & in lucem protulit elogium: *Hæc Henricus Noris vir eruditissimus inter primos S. Augustini discipulos, & defensores. Nec credi potest ignorasse Norisium, quod omnibus ex tunc notissimum erat, nempe: Quenellum, ejusque universam factionem, nulli, qui Jansenismum ex visceribus non profiteretur, nomine Discipuli Augustini neutiquam favere; quo constat Emin. Cardinalem jam diu inter primarios, & insignes Jansenistas à numerari.*

Non impar amicitiae fœdere, & urbanitate Quenellus erga suum faventissimum sydus, profusus encomiastes vices amplissimas rependit, dum supra omnem auctoritatem, etiam Pontificiam, Norisij numen collocare contendit. Hinc, inde agitatus premebatur Quenellus, cum Regia, & Antistitum decreta suas assertiones fallitatis, conspirationis, & hæreseos arguebant, dum Pontificia oracula suis articulis, & menti adversantia crebro audiebat, obstinationem infœlix solabatur dicens: *Sufficit mihi auctoritas sapientissimi Cardinalis Noris omnibus superior, non solum ob ejus sublimem sapientiam, & eruditionem, sed præcipuè: quia ejus liber ter ad Supremum Romanæ Inquisitionis Tribunal denunciatus, ter etiam incolumis evasit.*

Sic reciproca præmissa laude, unus ab altero in suorum dog-

ma-

In libel. epist.  
Abbat. ad  
quendam Rom.  
Curia Præl. fol.  
15. 21. 31.



matum auxilium invocatur ; & hac intima , ni multum fallor , necessitudine , & affectuum concordia Quenellum inter , & Norisium , licet cætera abessent testimonia , etiam in materia doctrinæ unitas , & communio non obscurè demonstratur. Id absolute firmant plures primæ notæ Doctores Catholici , qui Norisianam mentem sedulo extricavere , & aperti Jansenismi inculcarunt.

In primis Papebrochius sic Norisij excusationem spernit: *Pessimam excusationem præmitis , nimirum ; hæc doctrinæ Augustini cultum , & veritatis amorem tibi prorsus invito extorsisse. Augustini , non Hypponenfis , sed forsitan Iprensis : amor quoque , non veritatis antiquæ , sed novæ conspirationis , seu potius Novatorum.* Accedunt Gonet Dominicanus. Macedo Franciscanus , Martinon Jesuita , Lessius , Tannerus , & alij nobilissimi D. D. de Bajanismo appellantes doctrinam Card. Noris. Audiatur Gonet tom. 4. disp. 1. *Damnata videtur : Unde Tannerus disp. de Grat. 6. dub. 3. Fatetur se nescire , qua ratione sine periculo , sententia ista defendi possit. Et Lessius de Auxilijs , cap. 10. num. 5. constanter affirmat : Sententiam Ariminensis una cum Bajo , ab his Pontificibus fuisse damnatam. Pro hac Sent. stat Noris , quam Lutheranam esse credit Fontaine , tom. 1. fol. 31. num. 7.*

Actis S. Vincent. 24. Maij.

Magister Navarro Doctor Salmantinus , suæ Congreg. Benedictinæ meritissimus Generalis in defensione Constitutionis Unigenitus asserit , & efficaciter probat doctrinam Card. Noris , & Quenelli , de Virtutibus Infidelium amico fœdere copulari. *Hæc est ( ait ) tota ratio , & summa doctrinæ Cardinalis Noris , & etiam , si ingenuè loquendum est , summa errorum Quenelli.* Et quoniam Mag. Manso Augustinianus prodijt Norisium vindicaturus , illius liber à Supremæ Inquisitionis Hispanæ Senatu proscriptus fuit ; nec mirum , cum opus fuerit ipsi Norisio , ex quo in lucem Vindicias Augustinianas profudit , quatuor Tractatus fundere , quibus se ab impugnatoribus protegeret ; quo satis ostenditur , quam pluribus infensæ à primo lumine extitere Vinditiæ.

Tom. fol. 384. & §. 2. fol. 76.

Sed quia retullit Quenellus Cardinalis doctrinam post trinam denuntiationem , incolumem à censura extitisse ; id minimè sive Norisio , sive Quenello servit : Quid ni prudentissimi Censores , & Judices illa tempestate , qua nondum Quenellismi mysteria , & erroris velamina erant penitus denudata censuram susponderent , quousque nova accederent lumina ? Notum omnibus est novum Quenelli testamentum , & ejusdem Reflexiones Morales sæpiùs delatas fuisse : Anno 1694. jam supra 200. pro-



positiones, acri censura dignæ præ manibus Theologorum circumferebantur: Num illico, pluribus etiam repetitis denuntiationibus, proscriptæ fuere? Imò à pluribus è Catholicis innoxia habebantur. Tandem à SS. Clem. XI. confixæ. Quis ambigit plures è Molinianis Articulis, Zelatorum stimulis, ut damnarentur non obstantibus, diu vixisse Romæ incolumes, & tanquam sanæ mysticæ proles à pluribus existimatis fuisse.

Pelagium, quis ignorat! dum Patres Palestini in eum decreverant dicere Anathema, evocatis ad ultimum discrimen industria viribus, ita tricis, & cavillationibus profecisse, ut sententiæ fulmina declinaret, & Patres fallere obtinuerit: *Quod & nobis forsitan accidisset* (ait August.) *si cum eis in ipso concilio sedissemus.* Hæreticorum quis perversa sua dogmata non tegit, ut sensum orthodoxum præferre videantur? Qui Arrium, Nestorium, & Eutychem (ut alios præteream) legerit, vel in eorum scriptis, vel in eorum fidei professionibus Arrianismum, aut Nestorianismum vix perspiciet: ambiguis adè terminis veritatem affectant, ut vel lineæis oculis hæresis abscondatur: quid ergo miraberis, id Norisianis Thesisibus accidisse.

Aderat tunc temporis Romæ Card. Noris vir sublimi sapientiæ nomine conspicuus, ob ægregias animi dotes pergratus: ipse sui interpret, & defensor, eloquentia, & dexteritate in vertendis, & evolendis Theologiæ Scholasticæ terminis veteranus. In Romana Curia, & sæculi, & litterarum Procere, optimosque Antilitites, atque Purpuratos sibi faventes prospiciebat; intenderit fortasè Quenellus, quod Norisiana dogmata proscriberentur, dum ipsius fraudes nondum erant prorsus detectæ, nec ejus propositiones castigatæ? *Incolumis evasit, doctrina Norisiana*, fateor, si id tantùm denotet, quod pleniore luce indigebat, ut Jansenistis, & Calvinianis adhærescens plenè convinceretur.

## §. II.

### ERRORES INTER SE PUGNANTES PRÆMITTUNTUR.

**A**Ntequam ad Vindictas Augustinianas accedamus, pro mente S. Doctoris adversus Pelagium exponenda, oportet hæreticorum sibi adversantia dogmata breviter insinuare. Pelagius absolutè negavit omnem gratiam supernaturalem internam, tam actualem, quàm habituales, existimans hominem solis na-



5

turæ viribus posse, & omnia præcepta implere, & æternam consequi salutem. Semipelagiani errorem Pelagij temperantes, gratiam supernaturalem internam, & quidem, ut necessariam ad obtinendam salutem requirebant; oppinabantur tamen in negotio Prædestinationis aliquid libero arbitrio esse concedendum, videlicet, *Initium salutis*: quatenus Deus ad conferendum nobis primam gratiam, expectabat nostri liberi arbitrij usum naturalem, per modum meriti, aut dispositionis meritorix; adeoque asseriebant primam gratiam nobis dari intuitu meriti naturalis.

In contrarium Bajus, Jansenius, & Quenellus, Lutheri, & Calvinii vestigia prementes, docent: Liberum arbitrium per peccatum Adæ, ita extinctum, & inerme remansisse, ut intellectus, & humana voluntas, sine adjutorio gratiæ, *Nihil habere luminis nisi ad aberrandum, virium nisi ad se vulnerandum*: quod confirmat Jansenius dicens: *In peccato ita perijt libertas arbitrij, ut ante gratiam propriè dictam non sit liberum à peccato abstinere*. Utrumque errorem Catholici DD. rejiciunt asserentes: Non ita per peccatum originis extinctum esse mentis humanæ lumen, quin plura cognoscat, & de multis rebus sanè, rectèque judicet: nec ita ignorantix tenebris obnubilatum, quin naturæ viribus absque speciali dono, & gratia Dei aliquas possit distributivè veritates naturæ practicas cognoscere, & amplecti. Neque peccatum originale potest efficere, ut pereat humana natura, qua homo est essentialitèr cognoscitivus, & rationalis.

Quenel. Prop.  
39.

Lib. 4. de Stat.  
Nat. Lap. cap.  
18.

Similitèr, humana voluntas non est ita per originale vulnus imbellis, & corrupta, ut viribus naturæ, & generali Dei auxilio non possit pulchram honesti formam amare, quam nec edisse potest. Propterea, potest per illud naturæ bonum, quod post peccatum remansit aliquod moralitèr bonum, sine speciali gratiæ auxilio operari, præsertim, cum quædam opera moralitèr bona adeò facilia sint, ut in illis saltem aliquando faciendis, nulla videatur esse difficultas, ut sunt obedientiam exhibere parentibus, imperitum docere, ægenum sublevare, non occidere, & alia plura, quæ solo naturæ ductu fecerunt gentes, & possunt facillimè fieri, præsertim ab eo, qui sortitus est animam bonam, bonitate indolis, quæ est dispositio ad multa virtutum exercitia, ad quæ ipsa natura inclinat, & sine quibus, ut Augustinus dixit, vita cujuslibet pessimi hominis difficile invenitur.



Si hæc ita non sint oportet dicere : Hominem per peccatum originale nativum lumen , & omnem rationalem appetitum perdidisse , & in brutum fuisse conversum ; cum tamen nullum peccatum efficere possit , ut pereat in natura inclinatio in naturæ bonum , quæ fundatur tanquam in radice in ipsa natura rationali. Nihilominus Novatores cum Jansenio, contra communem Patrum , & Theologorum consensum acriter negant homini lapsio facultatem ad actus moraliter bonos intra limites naturæ eliciendos ; & sive dolo inscitiam affectantes , sive imperitè confundentes actum moraliter bonum ordinis naturæ , cum saluari meritò , Pelagianismi incusant sententiam nostram , non obstante iterato Ecclesiæ fulmine adversus Bajum asserentem Art. 37. *Cum Pelagio sentit , qui boni aliquid naturalis , hoc est , quod ex solis naturæ viribus ortum ducit , agnoscit.*

Fide certum est contra Pelagium , & Mafsilienfes non posse hominem lapsum , absque divinæ gratiæ auxilio , & solis naturæ viribus , velle , facere , aut cogitare quidquam ad vitam æternam positivè conducens. *Sine me , nihil potestis facere* , Joann. 15. *Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis* , Apoc. 2. Cor. 3. id est opere , aut cogitatione conducente ad salutem : Quia cum visio beatifica sit quid supernaturale omnem naturæ creatæ , & creabilis exigentiam excedens , media ad ejus assecutionem esse debent omnes naturæ facultates excedentia. Potest tamen liberum arbitrium *ex se* , & per solas naturæ vires elicere actum moraliter bonum , quod , ut August. ait : Epist. 105. ad præsentis vitæ honestatem valeat : qui tamen nullo modo proximè , aut remotè ad salutem conducat : *Gentes enim , quæ legem non habent naturalitèr ea , quæ legis sunt faciunt.* Quæ verba Origenes , Hieron. Chrysost. Ambros. & alij Patres , passim apud Suar. accipiunt de gentibus non conversis ad Deum , qui naturalitèr , id est , viribus , & lumine solius naturæ , in varijs benè , & laudabiliter operantur ; de quo fuscè infra agemus.

Interim maximè observandum : quod dum SS. Patres enuntiant , gratiam esse necessariam ad omne opus bonum , intelligendi sunt de opere ad salutem conducente , quod constat ex addito *prout oportet* : ad Rom. 8. 16. Arausic. can. 6. & 25. Trident. sess. 6. can. 3. vel ut August. de Dono persever. cap. 3. *Quod attinet ad Dei cultum verum* ; & ex eodem addito denotatur dari alia opera , quæ licet non sint *sicut oportet* , sunt tamen bona , pro quibus non est gratia necessaria.



CARDINALIS NORIS NOVATORUM DOCTRINAM  
propugnat, & Augustino adscribit: Tom. I. Vindiciæ  
Augustinianæ.

**N**eutiquam placet doctrina hucusque inducta Card. Norisio, qui tanquam immobile Augustini dogma statuere connatur in infidelibus nullas virtutes morales reperiri; imò & ipsamet virtutum exercitia, esse vera peccata, si solius arbitrij viribus eliciantur: ipsam audiamus cap. 3. §. 4. *In infidelibus nullæ virtutes reperiuntur.* Et col. 940. ait: *Si quis eundem actum virtutis frequenter, eique intentus studeat, sine speciali auxilio Dei, non potest à Phylantia, vel inani gloria temperare.* Ubi expressè fatetur cum Luthero, Calvino, Bajo, Jansenio, & Quenello, in operante viribus solius arbitrij, & sine speciali gratia, impotentiam ad actum à vitio immunem.

Apertius loquitur cap. 4. §. 5, col. 1009. *Opera quæ infideles faciunt semper sunt peccata, nisi ubi Deus aliquando quosdam bonos actus, ipsis nescientibus in eorum voluntatibus operatur.* Hæc limitatio impertinens est: quia cum actus, quos Deus operatur in infidelibus, ipsis nescientibus, non sint actus liberi arbitrij: nihil enim volitum quin præcognitum, consequenterque neque liberi, neque voluntarij sunt tales actus: ergo posita tali limitatione, remanet absolutè verum, ex mente Cardinalis, *opera liberi arbitrij absente gratia, semper esse peccata.* Mentem suam immeritò adscribit Augustino, col. 933. 934. dicens: *Duo autem S. Doctor asseruit. 1. Nullas in infidelibus esse virtutes ex solis liberi arbitrij viribus; alterum, si quæ in eodem fuerint, easdem nunquam ipsorum voluntati, sed divinæ gratiæ esse adscribendas.* An hinc intendat ita removere voluntatis influxum in bonis operibus, ut Lutheranismum foveat, non disputo.

Hæreticorum placitis cogitationes istæ adèò adhærent, ut nesciam quonam pacto ab eorum proscriptis erroribus divelli queant: quod protinus ostendo testimonijs, quibus Ecclesiæ, & libertatis hostes statuere tentant liberum arbitrium *ex se*, & sine gratiæ influxo nihil boni, seu nihil, quod malum non sit posse producere.



Opera, quæ infideles faciunt viribus solitis arbitrij, semper sunt peccata.

Si quis actum virtutis frequenter, sine speciali auxilio Dei non potest à vicio temperare.

QUENELLUS.

Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem. Prop. 40.

I D E M.

Voluntas, quam gratia non prævenit::: est capax omnis mali, & incapax ad omne bonum. Prop. 39.

Id ipsum alijs quatuordecim propositionibus confirmat.

LUTHERUS.

Liberum arbitrium ante gratiam nihil valet, nisi ad peccandum.

B A J U S.

Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio, non nisi ad peccandum valet. Art. 27.

I D E M.

Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum, Art. 28.

Liberum arbitrium ante gratiam, non solum non potest universam legem moralis honestatis implere, sed nec unum opus ejus::: & in omni actu, quo sibi videtur, vel legem observare, vel transgredi reus est alicujus peccati. Tom. 2. de Stat. Nat. Laps. cap. 18.

JANSENIUS.

In peccato perijt libertas arbitrij, ut ante gratiam propriè dictam, non sit liberum à peccato abstinere. Lib. 4. de Stat. Nat. Laps. cap. 18.

I D E M.

Viribus naturæ peccatum sine peccato non vitatur, nec lex ulla servatur. Tom. 2. de Stat. Nat. Laps. lib. 3. cap. 20.

CALVINUS.

Ut natura conditi sumus, citius ex lapide oleum, quam ex nobis opus bonum exprimat. Lib. 3. Instit. cap. 14.

CALVINUS.

Constituimus ergo extra dubium, quæ vel summo splendore perspicua sunt opera, in hominibus nondum justificatis, tam procul ab esse à justitia coram Deo, ut peccata censeantur. Ibidem cap. 4. §. 8.

Pro-



Probat Calvinus, & ex eo Novatores hoc assertum, iisdem S. Scripturæ, & Augustini testimonijs. Inde satis apparet quam germanus sit spiritus, & doctrina Cardinalis, dum aperte docet, liberum arbitrium, sine speciali gratia Dei non posse à vicio temperare, etiam dum virtutes exercet: quod intulit Lutherus art. 32. *Opus bonum optimè factum est peccatum veniale.* Et art. 36. *Liberum arbitrium post peccatum est res de solo titulo, & dum facit, quod est in se peccat mortalitèr.*

§. IV.

SCRIPTURÆ SACRÆ, SS. PATRES, ET RATIONIS  
lumen adversantur doctrinæ Norisianæ.

**I**N primis Scriptura Sacra passim commemorat aliqua bona opera infidelium: beneficium ab obstetricibus Ægypti Israelitis præstitum quod Deus remuneratus est, ædificando eis domum. Exod. I. v. 11. *Quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domum.*

Ezechiel 19. v. 18. *Merces non est reddita ei (Nabuco Donofori) neque exercitui ejus de Tyro, pro servitute, qua servivit mihi adversus eam.* Hic Hyeron. ait: *Ex eo quod Nabuco Donofor mercedem accipit boni operis, intelligimus etiam Ethnicos, si quid operis boni fecerint, non absque mercede Dei iudicio præteriri.*

Daniel 4. v. 24. *Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime.*

Augustinus pluribus ostendit etiam Ethnicos aliquid boni facere. Epist. 130. dicit Solomenem à Xenocrate ad temperantiam, & continentiam fuisse conversum. Et lib. 6. de Civitate Dei, cap. 15. ostendit: Deum favisse Romanos in amplificando imperio, propter bona opera moralia ab iisdem præstita, voluisseque in hac vita talia opera remunerari: Ex quibus sic: Nulla peccata remuneratur Deus: Sed aliqua opera infidelium remuneratur. Ergo aliqua opera infidelium non sunt peccata.

Ad Rom. 4. v. 7. *Gentes, quæ legem non habent, naturalitèr ea, quæ legis sunt faciunt.* Exponunt de Infidelibus Chrysof. Theodoret. Theophil. Æcumenius, Haym. Primasius, Sedulius, & Tertul. lib. de Corona Militis, cap. 6. *Apostolus ad Rom. dicens natura facere nationes, quæ sunt legis, & legem naturalem suggerit, & naturam legalem.*



August. Meritò dici potest in ipsa impietate vitę suę (Gentiles) facere aliqua legis, vel sapere. de Spir. & Lit. cap. 27. & 28.

Idem, Non censerì potest ita extincta arbitrij libertas, ut in nullo prorsus opere possit se rectę rationi, & legis regulę conformare. Ibi- dem cap. 27.

D. Thom. Sine gratia homo potest facere opera perducentia ad bonum aliquod homini connaturale. 1. 2. q. 109. art. 5. Natura hu- mana per peccatum non est totalitèr corrupta ::: potest quidem in statu nature corruptę, per virtutem suę nature aliquod bonum particulare agere. Art. 2.

D. Thom. 2. 2. q. 10. art. 3. Dicendum quod per infidelitatem non corrumpitur totalitèr in infidelibus ratio naturalis, per quam fa- cere possunt aliquod opus de genere bonorum. Et art. 4. Manifestum est, quod infideles non possunt facere opera, quę sunt ex gratia, scilicèt, opera meritoria, tamen bona opera ad quę sufficit bonum na- ture, aequalitèr possunt facere, unde non oportet, quod in omni ope- re suo peccent.

Bonavent. in 2. dist. 28. ad 3. q. 3. Hominis liberum arbi- trium in puris naturalibus constitutum, cum generali Dei influxu, ta- met si difficultèr, potest facere opus bonum morale, quod non disponat ad gratiam, nec ad gloriam.

Basilias. Sunt apud nos ipsę virtutes secundum naturam, ad quas habendas affinitas animę, non ex humana doctrina, sed ex ipsa natu- ra nobis adesse videtur. Hom. 9. in Exameron.

Damasceus. Naturales virtutes sunt, & aequę omnibus insunt, & si non omnes aequę ea, quę nature consentanea sunt operentur. 3. de Fide, cap. 24.

Gregorius. Sunt nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affec- tum cognationis, & carnis, quibus tamen in hac dilectione, sacra elo- quia non contradicunt.

Chrysost. Per hęc rursus ostendit Deum sic hominem finxisse, ut possit per se virtutem eligere, & vitium declinare. Hom. 5. Epist. ad Rom.

Hieronimus. Inter ipsos quoque Ethnicos est diversitas infinita: cum sciamus quosdam esse proclives ad vitia, alios ad honestatem mo- rum virtutibus deditos. In cap. 22. Matth.

Idem. Multi absque Fide, & Evangelio Christi, vel sapientèr faciunt aliqua, vel Sancte, ut Parentibus obsequantur; ut inopi ma- num porrigant, non aliena diripiant. In cap. 1. ad Galat.

Quis dicat hominem, sive peccator fidelis sit, sive infidelis, dum



dum miseretur pauperis, dum parentes honorat, dum depositum fidelitèr servat, dum discordes conciliat, dum casu, & per fortunam lapsis auxilium præstat, aut alia plura facit juxta dictamen rectè rationis, quod, ut definit Tridentinum, non fuit per peccatum extinctum, peccare? Id planè lumini naturæ repugnans videtur: Nam si quis Gentilis naturali pietate pauperis miseretur tali opere non meretur pœnam: ergo non peccat: quia omni peccato pœna respondet. 2. Gentilis qui parentes honorat, tali opere non fit deterior: ergo non peccat: quia omni peccato, peccator fit deterior; sanè qua mente asseratur Deum in his operibus offendi penitèr ignoro.

Profectò si liberum arbitrium dum consideratur adjutum à Deo auxilijs ordinis naturalis dumtaxat, nihil potest nisi peccare, longe major statuitur naturæ humanæ calamitas, quam bestiarum: quis enim non amet potius nihil habere virium, quam viribus pollere solùm ad peccandum. Hinc damnatæ sunt Prop. 2. Baij: *Cum Pelagio sentit, qui textum Apost. ad Rom. 2. Gentes, quæ legem non habent naturalitèr ea, quæ legis sunt faciunt, intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus. Et Prop. 26. Omnia opera infidelium sunt peccata.*

§. V.

**ARTICULUS A TRIBUS PONTIFICIBUS PROSCRIPTUS,**  
*à Card. Norisio defenditur, & tanquam Dogma Catholicum probatur.*

**E**X hoc Apost. textu: *Omne, quod non est ex fide peccatum est.* Ad Rom. 4. 23. Intullit Bajus, Jansenius, & Quenellus, quibus adhæsit Noris: ergo *omnia opera infidelium sunt peccata.* Quod in art. 25. Baij damnare S. Pius V. Greg. XIII. & Urban. VIII. Nihilominus de eodem articulo in proprio, & literalis sensu, prout jacet, audet proferre Noris: *Esse verum, & Catholicum. Esse dogma traditum ab Apostolo. Firmatum constantèr ab Augustino. Definitum ab Ecclesia; ut legitime deductum ex Apostolo ad Rom. 4. 23.*

Hæreticam istam conclusionem sic intendit suadere Card. Noris. Omnia opera, quæ non diriguntur à fide in ultimum finem, sunt peccata. Sed opera infidelium non diriguntur à fide, ut patet: ergo omnia opera infidelium sunt peccata. Itaque duplici ex capite peccati arguit omnia infidelium opera: 1. Ex defectu relationis ex fide in Deum. 2. Ex Phylautia quam irrepara-



Cap. 3. col. 943

bilitèr contrahunt, aqua non possunt orbiati fide temperare. Infideles non operantes propter Deum ultimum finem (ait) cadunt irremediabiliter ab actu virtutis in Phylautiam. Cap. 3. §. 4. col. 938. Opera sterilia non posse dici bona, sed tantum mala, tum ex defectu relationis in Deum, tum ex Phylautia inde contracta. Et cap. 4. §. 5. col. 1051. Omne quod non est fide, aqua sola bonum opus, saltem virtualiter, referri potest, peccatum est. Dictamen conscientiae à fide dirigendum est, aqua sola in ultimum finem opus refertur. Iterum, atque iterum phrasibus diversis statuit: Quod sola absentia fidei sufficit, ut omnia opera sint peccata. Hanc Positionem Amplectuntur.

## JANSENIUS.

Sola absentia fidei sufficit, ut omnia opera infidelium vera sint peccata. Tom. 2. de Stat. Nat. Lap. lib. 4. cap. 3. col. 553.

## I D E M.

Ante fidem non est humano arbitrio liberum à peccato abstinere, sed quocumque se verterit, quaedam humanis viribus insolubili peccandi necessitate tenetur. Ibidem lib. 3. cap. 14. col. 496.

## I D E M.

Nugæ, delirium, insania, error, impietas, contraria christianorum sensui, scripturis, & fidei, quod infidelium sit ulla vera virtus, vel opera sine peccato. Ibidem lib. 4. cap. 17. col. 627.

## QUENELLUS.

Quid aliud esse possumus absque fidei lumine nisi peccatum. Prop. 48. vide ipsum à Prop. 44. ad 58.

## LUTHERUS.

Opera extra fidem facta, ut maximè in speciem sancta videantur, sub peccato, & maledicto sunt. In Epist. ad Galat. cap. 4.

## CALVINUS.

Antequam per fidem reconcilientur Deo, quidquid cogitat, meditatur, perficit homo, est maledictum, nec modo nullius pretij, sed certi indammationem meriti. Lib. 3. Inst. cap. 14. §. 4.

## I D E M.

Constituit igitur Augustinus; omnes Fabricios, Scipiones, Catores, in illis suis præclaris facinoribus hoc peccasse, quod cum fidei luce carerent, non ad eum finem ipsa retulerunt ad quem referre debuerunt. Ibidem cap. 14. §. 3.

## I D E M.

Sine fide, quæ videntur bona opera in peccata vertuntur. In Antid. Trident. sess. 6. cap. 7.



I D E M.

*Peccant infideles , quidquid agant , quod facta sua non ad legitimum finem referant. Ibid.*

PETRUS DICTUS MARTYR

*Qui regenerati non sunt , nihil quod Deo placeat prestare possunt , imò quidquid agant semper peccant. In Epist. ad Rom. cap. 9. v. 18.*

I D E M.

*Præclara infidelium opera damnari non possunt humano iudicio, coram Deo tamen peccata sunt. Ibidem cap. 2. v. 14.*

CHAMIERUS.

*Quidquid fit absque fide pec-*

*catum est. Lib. 4. cap. 6. num. 1. Qui utitur iisdem testimonijs script. Et D. Aug. quibus id probat Jansenius.*

MELANCTHON.

*Consonat. in Epist. ad Rom. cap. 14. v. 4.*

CHEMNITIUS.

*Infidelium opera , non inter bona opera recensenda sunt , sed inter peccata. In Exam. Trident. in sess. 6. Can. 1. & 7.*

BUCCERUS.

*Quod fide caret , non modo ingratum , sed abominabile est coram Deo. In Epist. ad Rom. cap. 14. v. 23.*

Hæc omnia confirmant Assertionem , & probationem Cardinalis Noris : dum ait : *Omne quod non est ex fide , aqua sola bonum opus , saltem virtualiter , referri potest peccatum est. Quod de vera fide christiana intelligendum putat. §. 5. col. 1048.*

Talia intulerunt enumerati Ecclesiæ hostes ex illo Apost. ad Rom. *Omne quod non est ex fide peccatum est.* Communis SS. Patrum , & Theologorum interpretatio est cum D. Bern. de Præcep. & Disp. cap. 18. & 20. *Omne quod non est ex conscientia peccatum est.* Quia Apostolus ibi loquitur de eo , quod non fit ex dictamine conscientiæ judicantis bona fide , licitum esse id quod fit. Ægre fert Noris interpretationem istam , tanquam Augustini menti contrariam , & arguit ignorantiam Marainum juxta mentem D. Bernardi interpretantem : *Ignorantia Maraini ( ait ) castiganda est , & addit : Dictamen practicum conscientiæ non sufficere , ut à peccato liberetur homo , nisi à fide christiana dirigatur. Col. 1050. & 1051. Itaque ex mente Card. concludendum est. Prop. 8. & 15. inter 31. ab Alex. VIII. damnatas: Necessè est infidelem in omni opere peccare. Et Baij Prop. 10. 11. 12. & 13. subsistere , necnon Bajanam 25. Omnia opera infidelium*

D

lium



lium sunt peccata esse veram, & catholicam, cum toties sit ab Ecclesia damnata.

Respondet Noris: Hanc propositionem secundum se, & in proprio, & rigoroso sensu minimè esse damnatam, sed tantùm respectivè, & ut derivatam ex illa Proposit. 35. *Omne quod agit peccator peccatum est*, quæ, ut hæretica damnatur à Trident. sess. 6. Can. 7. sed contra: Quia hæc potius cavilatio, quam solutio, & quæ minimè sapientissimum Theologum decet. 1. Quia semel admissa hac solutione, fere omnes Ecclesiæ definitiones, ut illusoriæ, & in ludibrium hæreticis exponentur. Et quidem Lutherus, Calvinus, Bajus, Jansenius, Quenellus, & cæteri nuper memorati, qui diversis phrasibus eandem doctrinam cum Norisio enunciant, hujus exemplo jactabundi vocitare poterunt, suas enunciationes veras, & catholicas esse, & minimè ab Ecclesia rejectas, in proprio, & literalis sensu, sed tantùm *respectivè*, & ut derivatas ex alia propositione hæretica, & damnata, quam sibi pro nutu seligant, vel effingant; cum certùm sit enumeratas hæreticorum propositiones, nihil aliud asserere nisi quod *omnia opera infidelium sunt peccata*, quæ, juxta Norisium, ut dogma fidei proponitur credenda propositio.

Contra 2. Ecclesia utramque propositionem 25. & 35. divisim, separatim, & unam independentè ab alia proscribit; Quis autem, quo jure? Aut sine cavilo autumet unam, & eandem in utraque damnari, & alteram illæsam, & catholicam permanere? SS. Pontifices, & Censores Romani optimè norunt, quod licet omnes Gentiles sint peccatores, non omnes peccatores sunt Gentiles: quare in 35. damnantur asserentes omnia opera peccatoris, ex defectu charitatis referentis (quod valdè cordi fuit Luthero, & Quenello) esse peccata. In 25. proscribit sustinentes omnia opera infidelium, ex defectu relationis per fidem, peccata esse: Immeritò ergo Noris, ut suam proscripam sustineat sententiam, intendit utramque propositionem confundere, volens insuper, ut nebulam spargat, relationem ex dilectione ortam, cum relatione ex sola fide procedente conglutinare.

Contra 3. Si vestigijs Baij inhærens fatetur, quod omnes affectus studiosi, etiamsi ex cognitione naturali Dei, sine gratia promanentes vanitate, Phylautia, & præsumptione deturpantur, quomodo declinabit damnationem Prop. 41. Quenelli: *Omnis cognitio Dei, etiam naturalis in Phylosophis Ethnicis, sine gratia*



tia non producit nisi præsumptionem, vanitatem, & oppositionem ad ipsum Deum. Deindè: Si vera est Quenelli, & Noritij propositio: quomodo Apost. à Rom. 1. dicit de Genilibus fidei gratiam non habentibus inexcusabiles esse: *Qui cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis.* Excusatio quidem in promptu erit eis, quos Apostolos tanquam inexcusabiles increpat: poterunt enim dicere: Quid mirum nos Deum non glorificasse, si omnis cognitio Dei sine gratia non parit nisi vanitatem, præsumptionem, & superviam? Quid mirum! Si sine fide christiana non possumus à Phylautia temperare? Si absente fide irreparabiliter in vitium cadimus?

Itaque dicendum est: Cognitionem Dei naturalem, etiam in infidelibus de se, pios affectus excitat naturales, erga summum bonum naturæ viribus cognitum, imò, & conspectum, ex Rom. 1. *Invisibilia ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus, & divinitas.* Ita ut inexcusabiles sint dum Deum non glorificant. Dei quippè cognitio nobis indita est à natura, ut homines naturæ ductu suum diligant conditorem, quamquam ipsi ex sua culpa, hac ipsa naturali numinis cognitione abutantur evanescentes in cogitationibus suis.

Nos igitur cum Augustino contra Pelagium dicimus: Quod omnes actus, qui ex officio, sive ex objecto boni videantur, si pravo eliciantur sine contrahunt turpitudinem, nec virtutes esse possunt, sed potius absolute, & simpliciter sunt vitia: si enim accessione relationis illicitæ viciantur, ipsi pariter necesse est deturpentur, ut si in Idoli cultum quid præstet, vel ex vanitate eleemosynam largiatur, vel aliam virtutem ex pravo fine exerceat; sin vero immunitate à culpa, & morali bonitate gaudent prædicti actus, quibus adest sufficiens relatio ad Deum inclusa in ipsa formali bonitate morali, sive humilitatis, sive misericordiæ, aut aliarum virtutum. Nam juxta D. Thom. *Cum aliquis infidelis ex dictamine rationis aliquid bonum facit, non referendo ad malum finem, non peccat; non tamen opus ejus est meritorium, quia non est gratia formatum.* Cap. 14. Epist. ad Rom. lect. 3.



## ALIA AUTHORIS EFFUGIA PROSCRIBUNTUR.

1 **A** sserit Noris : *Infideles aliquos actus bonos elicere , ad quos à Deo præmoventur , qui profectò peccatà esse non possunt , utpotè efficiuntur Spiritus Sancti impulsu ; non quidem inhabitantis , sed tantùm moventis : & cum Bajus tantùm agnovit gratiam Spiritus Sancti inhabitantis in anima , & hæc gratia in infidelibus non reperiatur , hinc arbitrabatur nullum in infidelibus auxilium gratiæ reperiri , consequenterque negabat actus bonos ab infidelibus fieri.*

2 Hæc tamen non satis sibi constans parat Cardinalis , ut facilè cuivis ejus doctrinam perpendenti constabit. Præterea hæc excusatio crimine pejor est : Nam legitimè ex ea infertur , *omnia opera , quæ non fiunt ex gratia supernaturali , peccata esse : Quia ideò per te talia opera peccata non sunt : quia efficiuntur ex impulsu Spiritus Sancti moventis. Ergo opera , quæ ex tali impulsu non efficiuntur sunt peccata : ergo infidelis tali gratia orbatus , & solis viribus naturæ relictus in omni opere suo peccat. Ergo nec levissimam tentationem potest sine gratia superare. Ergo liberum arbitrium non nisi ad peccandum valet : ergo omnia quæ in Superioribus à Sede Apostolica proscripita ostendimus devorabit Noris.*

3 Ultimo reponit Emin. *Cum illa propositio omnia opera infidelium sunt peccata , etiam post editam Bullam contra Bajum à nobilissimis Theologis defendatur , palam fit , in recto sensu posse intelligi , à quo procul fuit Bajus , unde meritò eadem thesis ab Apostolica Sede proscripita fuit ; sed quis hæreticorum , vel ridiculus , passim id ipsum non effutit ? Nempè se proferre Sacras Scripturas in eodem sensu , in quo Spiritus Sanctus locutus est , & suas propositiones juxta legitimum sensum Augustini , SS. Patrum , & Conciliorum. Jansenistæ non diffitebantur suas Conclusiones sensum Calvinianum admittere , se vero talem sustinere sensum negabant. Quenelliani non rari fatentur suas enunciationes Jansenij sensum redolere , acriter tamen ferunt , & pro viribus renuunt audire se Jansenij sensum amplecti , sed alium verum , & orthodoxum.*

4 Hoc itaque effugium Jansenio , & Quesnello familiare fuit , videlicèt , eos in sano sensu sua dogmata accipere , non in



eo in quo ab Ecclesia proscribuntur, si tamen sensus damnatur, illico recursus sit ad quaestionem facti, & juris. Quis iste sensus sit rectus, in quo accipi queat praedicta propositio damnata, reticet Noris; nisi forte velit sufficere sensum ab ipso importunè inventum, & à nobis, ut absurdum repudiatum.

5 Qui sint isti nobilissimi Theologi, qui post editam Bullam contra Bajum, proscriptum Baij articulum sustinuerunt, novimus: Sunt quidem Cornelius Jansenius Episcopus Iprensis, ipsi Norisio Fidus, Quenellas, Abbas Sancyranus, Gerberonius, & alij Jansenismi Proceres, & contra Bullam *Unigenitus* acerrimi refractarij. Alij qui sint silentio praemit; memorat tantùm Basilium Pontium; quo jure probabilem existimet praedictam propositionem non capio, constat enim S. Pium V. Greg. XIII. & Urban. VIII. eandem proscripsisse in eodem sensu, in quo, & ipse Noris subsistere conatur. Insuper posse Articulum damnatum in aliquo sensu pro libito, seu violentè excogitato sustineri, quid favet Emin. ut ipse eundem Articulum defendat, in proprio, & literali sensu, in quo accipitur à Calvino, Luthero, Jansenio, & Affectis?

6 Sed gratis admissio sensum aliquem diversum admittere scire à Norisio velim: An Postquam Pontificia Constitutiones, in materia dogmatica aliquam propositionem, prout jacet, & in propria, & naturali significatione proscribunt, alicui liceat ipsamet, in terminis, & prout jacet defendere, docere, aut disputare? Neutiquam, ait Urban. VIII. in Bulla contra Bajum. *Quamquam nonnullae, aliquo pacto sustineri possent, in rigore, & proprio verborum sensu, ab assertoribus intento: hereticas, erroneas, & ac quaecumque super his verbo, scriptoque emissa praesentium auctoritate damnamus, deque eisdem, & similibus, posthac quoque pacto loquendi, & scribendi, ac disputandi facultatem quibuscumque interdiciamus.*

7 Clem. X. in Const. *Unigenitus*: *Mandantes omnibus Christifidelibus, ne de dictis propositionibus sentire, docere, praedicare, aliterve presumant, quam in hac nostra Constitutione continentur. Ita ut quicumque illas, vel illarum aliquam docuerit, defenderit ediderit conjunctim, vel divisim, aut de eis etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forte impugnando Ecclesiasticis censuris: abque alia declaratione subjaceat.* Si tamen his non acquiescat Cardinalis Noris, ut haec Prop. *Omnia opera infidelium sunt peccata sui ingenij artibus subsistat*: Liceat dicere cum Alex. VII, *Neque enim de-*

E ficere.



ficere homines, neque desunt, veritati non acquiescentes :: qui varijs distinctionibus, seu potius effugijs, ad circumventionem erroris excogitatis, Ecclesiam ipsam turbare, eamque interminatis quaestionibus, quantum in ipsis est, & implicare conantur.

## §. VII.

MAGNI AUGUSTINI TESTIMONIA, QUIBUS INSULTANT  
Jansenistæ, expenduntur.

PRiუსquam ad argumenta accedamus præsertim ea, quibus ex Augustino Novatores abutuntur, ut irritas Ecclesiæ definitiones efficiant, opere pretium duxi opportunum præmittere documentum, ut errandi occasio penitus præcidatur. Nec rari sunt, qui fervore nimio, aut injurioso cultu adeò in Magni Parentis verba jurent, ut bellum Ecclesiæ inferre videantur, quasi cum hæreticis, tam antiquis, quàm Novatoribus, illud ab Alex. VIII. proscriptum velint proclamare: *Ubi quis invenerit doctrinam in Augustino clarè fundatam potest illam absolutè tenere, & docere, non respiciendo ad ullam Pontificis Bullam. Stultum tamen est Augustini opuscula æquare libris Canonicis.* Mag. Cano de Loc. Theol.

Prop. 3.

Bajus occasione Prop. 27. damnatæ: *Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio non nisi ad peccandum valet.* In Apolog. ad S. Pium V. dicebat: *Hæc sunt ipsissima verba Augustini: fere omnes hæretici omni ævo, Magni Augustini nomen, & Patrocinium affectarunt. In Augustini verbis exultabat Berengarius. Joann. Wiclefus, Joannes Augustini ab ejus discipulis nuncupabatur. Lutherus frequentè gloriabatur dicens: Augustinus totus noster est. Calvinus non nisi Augustinum crepabat: Adeò totus noster est Augustinus (ajebat) ut si mihi confessio scribenda sit, ex ejus scriptis contextam proferre abundè mihi sufficiat.* Quare omnes Hætherodoxi opinantur se tutò posse sua dogmata propugnare per recursum ad statum Augustini. Jansenius non alio titulo opus suum insignire voluit quam *Augustinus Cornelij Jansenij*, ejusque Sectatores anthonomasticè *Discipuli Augustini* dici cupiunt. Quæsnellus ait: *Se doctrinam observationibus moralibus expressam hausisse ex S. Augustino, & Thoma: Quasi umbra Augustini tuti sint adversus fulmina Vaticani omnes Ecclesiæ hostes. Jam pridem DD. Catholici doctrina, & pietate laudabiles agnoverunt D. Augustinum Pelagianismi odio, & disputationis æstu in contrariam partem*

in-



inclinasse, ut præsepè Calvino potiùs, quam Tridentini Patri-  
bus favere videatur. Id negare non est ingenuæ mentis argumen-  
tum. D. Thom. in Cathena in cap. 1. Joan. lect. 7. ait: *Antiqui*  
*DD. & Patres emergentes errores circa fidem prosequerantur, ut in-*  
*terdum viderentur in errores labi contrarios.* S. Gregorius Thaumaturgus  
contra Elianum, dum Polytheismum oppugnat, ita de Deo uno  
agit, ut videatur cum Sabelio confundere personas. Dionis. Alex.  
dum Sabelium confutat, ita personas distinguit, ut videatur, &  
ipsam dividere naturam. Sic Aug. dum Pelagianos errores ar-  
guit, hæresis odio abrectus taliter eos confundit, ut videatur  
libertatem evertere cum Calvino; & pariter dum libertatem pro-  
tegit, ita eam extollit, ut sentire videatur cum Pelagio.

Hæc cum ita sint, & à nemine negari queat: verùm, & in-  
genuum Augustini discipulum non decet, ita S. Doctoris verba  
accipere, quasi de eorum infalibilitate præsumat, cortice ver-  
borum inspecto; nec id erga tantum Ecclesiæ lumen reverentia  
exigit, nec veritas permittit: cum & ipse Aug. de dono persever.  
cap. 21. dicat: *Neminem velim, sic amplecti omnia mea, ut me*  
*sequatur, nisi in his in quibus me non errare perspexerit.* Et Epist. 8.  
ad Hieron. ait: *Negare non possum, nec debeo, sicut in ipsis ma-*  
*ioribus, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possint justo*  
*judicio, & nulla temeritate damnari.*

Solita claritate Mag. Cano lib. 7. de Loc. cap. 1. n. 3. ait: *Au-*  
*gustinum errare in rebus obscuris, & quæ non erant eo tempore ex-*  
*plicatæ, & definitæ.* Hunc imitatur Abulensis dicens: *Constat, quod*  
*Aug. in multis erraverit, cum scriberet :::: de Augustino constat, quod*  
*potuit errare, & in multis erravit, quorum quædam retractavit, alia*  
*verò retractare non potuit.* Fatendum ergo est, mentem Augustini  
in pluribus esse obscuram, & à nonnullis male intelligi, qui si  
judicio Ecclesiæ non se submittant, ex verbis Augustini, sicut  
ex Scripturæ Sacræ verbis perversa dogmata exhaurire poterunt.

Augustinum de more Novatores in subsidium vocant, dicen-  
tem de Sp. & lit. cap. 3. *Neque liberum arbitrium quidquam nisi ad*  
*peccandum valet.*

Resp. Si Aug. in rigore verborum intelligatur incidit in  
27. Baij damnatam: quare dicendum est, ibi Augustinum con-  
siderare opera, quæ ad salutem conducunt, ad quæ sine gratia  
nihil valet liberum arbitrium. Dum ait: hoc non nisi ad pec-  
candum valere, loquitur juxta communem modum loquendi, quo  
dicimus de homine mendacissimo: hic homo non loquitur nisi  
men-



mendacia, quamvis subindè non raro loquatur verùm. Fatemur liberum arbitrium, sine gratia frequentè peccare, attamen asserere quod sine gratia non valet nisi ad peccandum apertum Bajanissimum est.

2. Aug. ait: *Gratiæ Dei deputo quæcumque non feci mala. Ergo omnia opera, quæ à gratia non procedunt mala sunt.*

Resp. Cum ab Ecclesia definitum sit posse voluntatem humanam, sine speciali gratia Dei, vincere levissimam tentationem, & Aug. in objecto textu, nec levissimam tentationem excludat, ne definitioni Ecclesiæ obsistat, interpretandus est de vitatione peccati, & de victoria conducenti ad salutem.

3. Aug. Epist. 106. *Nos dicimus, quod sine gratia arbitrium non valet ad non peccandum.*

Resp. S. Doctorem hic loqui *indefinite*, id est, liberum arbitrium sine gratia non valet ad omne peccatum vitandum. Neque immorari licet in uberiore explicatione cum hæc, & plura, quæ ex Augustino congerunt refractarij ex superius traditis facile solvantur.

4. Celestinus Papa ad Episcopos Galliæ: *Nemo nisi per Christum bene utitur libero arbitrio.* Resp. *benè id est: Salutaritè, seu prout oportet nemo utitur libero arbitrio.*

5. Concil. Arausicanum Can. 22. *Nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum.* Ergo liberum arbitrium ex se, & de suo non valet nisi ad peccandum.

Antequam SS. Pontifices S. Pius V. Greg. XIII. & Urban. VIII. prædictum Baij articulum damnarent, facultas Theologica Parisiensis anno 1560. adversus hanc propositionem: *Liberum arbitrium ex se, non potest nisi peccare, & omne opus liberi arbitrij sibi demissum est peccatum:* Induxit: *Hæc propositio pro utraque parte est hæretica.* Et contra hunc Articulum: *Homo faciendo quod est in se peccat, & non potest non peccare faciendo quod est in se:* Intulit: *Hæc propositio est hæretica.* Eadem facultas, postquam Bajus proscribitus fuit anno 1644. reposuit: *Ne probent, vel sustineant prædictas propositiones per Bullas Pij V. Greg. XIII. & Urban. VIII. SS. Pontificum, proscriptas.*

Resp. Conc. Arausicanum hinc agere contra Pelagium, qui non tantum gratiam supernaturalem internam denegabat, sed etiam generalem Dei concursum, & providentiam: Itaque juxta mentem Concilij *ly de suo*, non significat, *sine gratia*, sed longè generalius accipiendum est. Ostendit enim Conc.  
quam



quam nihil possit homo sine Dei adiutorio *in genere*, & sine generali Dei concursu, in quo sensu de fide est neminem habere de suo nisi mendacium, & peccatum, hoc quidem ita habet de suo, & ita ipsius proprium, ut homo solus, & non Deus sit Author peccati. Igitur longè aliud intendit Conc. quam Novatores: hi intendunt omnes voluntatis actiones deliberatas esse peccata. Conc. & Augustinus (à quo omnes ferè Canones Arausiaci desumpti sunt) contra Pelagium, qui liberi arbitrij vires superbè extollebat, protulerunt; unicè esse à voluntate nostra peccatum, quod tantùm, secùs meritum, ipsi soli verè tribuendum venit.

CARDINALIS DE NORIS TOM. 4. HISTORIÆ GOTHESCALCANÆ Synopsis, cap. 3. col. 707.

PAUL. I. TIM. 2.

NORIS.

Deus vult omnes homines salvos fieri.

Deus non vult omnes homines salvos fieri.

§. VIII.

NORISIJ SPIRITUS, ET CONTROVERSIAE TERMINI explicantur.

**G**othescalcus Monachus de varijs circa fidem erroribus convictus, primo in Concilio Moguntino damnatus, postea in Galliam depulsus, & ibidem relapsus in Carisiaca Synodo, Præsidente Hincmaro Archiepiscopo Rhemensis, tanquam hæreticus pertinax, & incorregibilis punitur. Crisim, plus justo fervidam Norisij, & nimis adversus Hincmarum acrem, in defensionem Gothescalci, libentè præterèd, & de hujus doctrina, quam sibi Noris propugnandam suscepit, & immeritò Augustino adscripsit, sermonem instituo.

Hæc, prout ex Hincmari verbis à Norisio exponitur sic se habet: „ Non vult Deus omnes homines salvos fieri, sed tantùm eos, „ qui salvantur; omnes autem salvari, quoscumque ipse salvare voluerit, ac per hoc quicumque non salvantur, penitus non esse voluntatis illius, ut salventur: quoniam si non omnes salvantur, quos „ vult Deus salvos fieri, non omnia quaecumque voluit fecit, & si „ vult, quod non potest, non omnipotens, sed infirmus est; est autem „ omnipotens, dicente Scriptura, omnia quaecumque voluit fecit „ in Cælo, & in terra. Hæc, in quibus apertus Jansenismus, &

E

Cal-



Calvinismus respirat adoptare placuit Norisio , qui immediatè subjicit : *Et hæc pariter Gothescalci assertio , & ejus probatio de sumpta est ex Enchiridio Divi Augustini , cap.96. & 97.*

Ubi , ut vides , doctrina Gothescalci , qua penitèns excluditur à Deo omnis voluntas salvandi eos , qui non salvantur , admittitur à Norisio tanquam vera , & orthodoxa , atque Augustino tribuit hoc assertum , & ejus probationem , quasi hoc discursu error de veritate triumphet : Deus est omnipotens , ergo quæcumque voluit fecit : ergo si vult omnes homines salvos fieri , omnes infallibilitèr salvantur , sed non salvantur omnes ; ergo Deus non vult omnes homines salvos fieri.

Miror quidem Eminentiss. Theologum tam crudam conclusionem apertissimè Apostolo contradicentem deglutire , eamque , nulla præmissa explicatione , aut distinctione ex his , quæ passim à Theologis adhibentur , Augustino tribuere. Miror iterùm tali discursu , cui nec Tyro fideret vix Theologiæ terminis initiatus , velle suam conclusionem subsistere. Profectò neque ipsi Calvinistæ , aut Lutherani adeò desipiunt , ut Apostolo absolutè dicenti : *Deus vult omnes homines salvos fieri* , audeant apertè contradicere : quare in varias hujus loci interpretationes diffunduntur.

Calvinus , Beza , Jansenius , & Norisio fidelissimus Quenel , uno ore cum Apostolo fatentur : *Deum velle omnes homines salvos fieri* ; attamen *ly velle* , & *ly omnes* diversimodè interpretantur. Deus vult ( inquit ) sed voluntate metaphorica , & impropria , quæ ab Scholasticis voluntas *signi* appellatur , qualis fuit illa voluntas de Isaaci sacrificio , quod Deus minimè voluit , sed tantùm Abrahamum obligari , ejusque fidem probare. Deus ( dicunt alij ) *voluit* non tamen vera , & seria volitione ; sed nuda quadam velleitate sterili , nullam gratiam , aut auxilium causante , quo possent homines salvari. *Voluit* Deus ( fatentur alij ) sed voluit antecedentèr ad peccatum Adæ , secùs vero consequentèr ad peccati prævisionem.

Deus voluit *omnes* salvari , sed *ly omnes* ( ajunt ) debet intelligi , non pro singulis generum , sed pro generibus singulorum : ad modum quo dicimus , omne animal fuit in Arca Noe : quatenùs videlicèt nulla est natio , classis , ordo , professio , status , aut hominum genus , ex quo non voluerit aliquos salvos fieri , minimè vero voluit salvos fieri omnes , & singulos : voluit demùm salvare omnes , id est , omnes prædestinatos , unde tantùm voluit salvare omnes , qui salvantur. Hanc restrictionem ad



solos prædestinatos hausit ex Luthero, & Calvino Jansenius, cui videtur adhærere cum Quenello, & Gothescalco Noris, ut jam ostendo.

APOST. I. TIMOT. 2.

DEUS VULT OMNES HOMINES SALVOS FIERI.

NORIS.

Deus non vult omnes homines salvos fieri, sed tantum eos, qui salvantur.

Sed tantum salvantur prædestinati: ergo Deus tantum vult salvare prædestinatos. *Hæretica.*

QUENEL. Prop. 12.

Quando Deus vult salvare animam effectus indubitabilis, sequitur voluntatem Dei.

NORIS.

Quicumque non salvantur, penitus non est voluntatis illius, ut salventur.

QUENEL.

Non est ausus Quenel. adeo aperte Jansenismum profiteri.

NORIS.

Deus, cum sit omnipotens quæcumque voluit fecit: ergo noluit salvos facere eos qui non salvantur.

QUENEL. Prop. 13.

Quando Deus vult animam salvam facere, & eam tangit interiori gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit. *Hæretica.*

De fide est, quod resistitur gratiæ. Nam Trid. sess. 6. can. 5. Definit hominem posse abijcere gratiam, & dissentire si velit. Vos Spiritui Sancto resistitis.

Quis resistit ei, & pacem habuit. Job 9. v. 4.

NORIS.

Omnes salvantur quoscumque Deus salvare voluerit.

Sed nullus reprobus salvatur: ergo Deus nullum ex reprobis salvare voluit.

QUENEL. Prop. 30.

Omnes, quos Deus vult salvare per Christum salvantur infallibilitèr.

Sed tantum prædestinati salvantur infallibilitèr: ergo Deus tantum vult salvare per Christum prædestinatos.

CAL-



## CALVINUS.

*Pueriliter hallucinantur, qui hunc Pauli locum: Deus vult omnes homines salvos fieri, prædestinationi opponunt::: aliquid fortè dicerent, si Paulus hic de singulis hominibus ageret: de hominum generibus, non de singulis hominibus sermo est.*

## JANSENIUS.

*Erronea est sententia Recentiorum, qui exponunt locum Apostoli 1. Tim. 2. de Voluntate salvandi omnes homines. Tom. 3. lib. 10. cap. 20. col. 374. 514.*

## JANSENIUS.

*Non potest statui voluntas generalis, qua Deus omnes homines in eadem damnatione primi peccati positos, velit salvos facere, & ex qua voluntate remedia generalia sint omnibus præparata. Tom. 3. lib. 10. col. 1018.*

## JANSENIUS.

*Antecedens voluntas omnes salvandi est nuda velleitas, qualem Deus habuit erga damnatas crea-*

*turas. Tom. 3. lib. 3. cap. 19. col. 379.*

## JANSENIJ Prop. 2. damnata.

*Interiori gratiæ in statu nature lapsæ nunquam resistitur.*

## JANSENIUS.

*Illā antecedens voluntas, ante peccatum, in sola mentis præcisione, atque adeò nuda quadam velleitate, nihil omninò gratiæ causante consistere potest. Tom. 3. de Grat. Christi.*

## POMERANUS.

*Hujus loci sensus est, nullum mundi ordinem à salutè excludit.*

## MEGANDER.

*Omnis generis homines, seu de quolibet statu aliquos servari.*

## CHAMIERUS.

*Fecit omnes salutis capaces; potentia scilicèt, non proxima, sed remota, ut omnes facti sunt musicæ capaces, etiam muti. Tom. 3. lib. 7. cap. 6.*

Profectò si plurimis Deus salutem noluit, nec media conferre, quibus obtinèri possit, deterior ea in parte erit non electorum conditio, quam jam damnatorum: commune enim ipsis erit non posse salvare: hoc non electis singulare erit inevitabili necessitate peccandi, semper debère Deum ipsis augere damnationem. Fatendum ergo est adversus Ecclesiæ, & divinæ clementiæ hostes, Deum serio velle omnes omninò homines, nullo excepto, salvari; quod si effectus divinæ bonitatis non sequatur, id minimè tribuendum Deo, qui, quantum est in se omni-



nibus tribuit media sufficientia ad salutem ; sed voluntati hominum , qui nolunt gratiæ cooperari. Hanc veritatem , jam inde à nascente Ecclesia , ex Apostolo PP. agnovere , quæ deindé omni sæculo ex Patribus , & Scripturis confirmata est.

Ezechiel. 18. 23. *Numquid voluntatis meæ est , ut pereat impius , dicit Dominus : nolo mortem peccatoris ; sed ut convertatur , & vivat.* Si enim non mortem , sed eorum vitam vult , certè voluntatem habet salvandi omnes , non nudam velleitatem ; sed sincerum desiderium salutis omnium , quod ostendit universalis amor , quò testatur se nolle quempiam perire , quo omnes laborantes ad se invitat , & omnibus finem ultimum proponit. Id planè omnes cordatos cogit , ut statuam in Deo benevolam salvandi omnes voluntatem , per quam generalia remedia sint omnibus præparata ad salutem : alioquin quo pacto nisi illuforiè dici potest : *Quid ultra debui facere , & non feci. Extendi manus meas tota die ; & in numera alia , quibus Deus in scripturis omnes vocat , & ad salutem invitat.*

August. ad illud Matth. 22. v. 9. *Quoscumque inveneritis vocate ad nuptias.* ait : *Ad eas , qui noluerunt venire alteri tribuere non debent , quam sibi , quod non venerint : fatendum ergo est Deum ex parte sua singulis velle salutem.* Lib. 83. Qq. q. 68.

D. Thom. lib. 3. contra Gent. cap. 159. *Deus quantum in se est , paratus omnibus dare gratiam : vult enim omnes homines salvos fieri , & ad agnitionem veritatis venire , sed illi soli gratia privantur , qui in se ipsis gratiæ impedimentum præstant.*

D. Bonav. in 1. dist. 46. quæst. 1. art. 1. *Deus voluntate beneplaciti vult omnes homines salvos fieri : Deus dicitur velle omnium salutem , quantum in se est , & antecedentè connotatur in omnibus ordinatio ad salutem : tum ex parte naturæ , tum ex parte gratiæ oblata.*

Chrylost. in cap. 2. Genes. hom. 11. *Nos item si voluerimus , quod nostrum est facere , nihil prohibebit eadem nos bona consequi : liberalis enim Dominus , & vult omnes homines salvos fieri.*

Idem hom. 7. in Joan. *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum : illuminat profectò quantum in ipso est : si qui autem spontè sua mentis oculis conniventibus ad hujus lucis radios aciem dirigere noluerunt , non ex luminis natura in tenebris præstiterunt , sed ex malitia sua. Quantum ad ipsum attinet salvæ fuissent omnes Tribus Israel , imò & omnes mortales.* Ad Rom. 9. Epist. 16.

S. Dionis. Cœlestis Hierar. cap. 9. *Immensum , & infinitum di-*



*vine luminis pelagus semper paratum est, & patet omnibus ad participandum.*

Paulinus Epist. 1. ad Aprum: *Hinc in omni loco plura quotidie mirabilia signa crebescunt, ut omnem quantum in se est hominem salvum faciat.*

## §. IX.

*DIVINA VOLUNTAS ERGA OMNIUM HOMINUM salutem exponitur.*

**H**Æreticorum mens, & scopus satis apertè ex suprâ memoratis ostenditur: Ipsi fateri renuunt Deum verè, & seriò velle reproborum, ac infidelium in sua cæcitati morientium salutem, & erga ipsos tantummodò agnoscunt in propriam voluntatem, ac sterilem nihil omninò gratiæ causantem, nec media ad salutem necessaria conferentem; adeòque benevolentia ista, seù beneplaciti voluntas erga solos prædestinatos ab hæreticis admittitur, ut indè consequentè descendant tot fatalia dogmata iteratis Apostolicæ Sedis fulminibus profligata; videlicèt, nullam dari gratiam sufficientem, distinctam à gratia efficaci penitè irreversibili, hancque prædestinatis tantum, secùs reprobis ministrari: hincque libertatis humanæ exterminium: præcepta servatu impossibilia, & id genus alia inevitabili deductione, ut infrâ constabit prætenduntur.

Perperam ergo in absurde Thesisi fulcimentum à Norisio Mag. Par. Augustini autoritas adducitur, qui expressè in Enchiridio, & passim alibi loquitur de voluntate *absoluta, consequenti, & efficaci* quæ proculdubio, ut fides docet facit quæcumque voluit in Cœlo, & in terra; Præter hanc voluntatem Augustinus, cum Patribus, & Theologis aliam agnovit, videlicèt *antecedentem, inefficacem, & conditioni innixam*, veram tamen sincerissimam, & seriam, quam nec adversarij negare possunt, cum & ipse Jansenius eam in statu nature integræ admittat, & expressè fateatur, dicens: *Habuit Deus voluntatem generalem benevolentie erga omnes Angelos, & quantum est in se, omnium beatitudinem æternam voluit, omnibusque propterea beatitudinis consequendæ media sufficientissima largitus est; sic lib. 10. de Grat. Christi, cap. 102. & lib. 3. de Grat. Christi, ait: Ante peccatum Adæ Deum habuisse voluntatem generalem salvandi omnes. Deus ipsi Adæ contullit media sufficientia, quibus perseveraret si vellet, & hæc sufficientia nobis prodesset, si ipse perseverasset.*

Que



Quæ cum ita sint, tota probatio à Norisio, & Gothescalco assumpta penitus evanescit: Nam Deus voluit omnium Angelorum salutem: numquid omnes Angeli consequuti sunt æternam salutem? Deus voluit Adami perseverantiam: numquid Adamus perseveravit in justitia? Si ergo nec Adamus perseveravit in Paradiso, nec omnes Angeli in Cælo, cum Deus utrumque voluntate benevolentię voluerit, ubi nam est hic omnipotens voluntas illa, qua fecit quæcumque voluit in Cælo, & in terra. Hinc clarè ostenditur argumenti inefficacia: Deus est omnipotens, ergo si vult omnes homines salvari, omnes salvantur infallibilitèr, sed non salvantur omnes: ergo Deus non vult omnes homines salvari. Igitur non omnis voluntas Dei est efficax, & absoluta, & consequentèr admittenda est in Deo alia voluntas inefficax, & antecedens, licèt vera, & seria, de qua minimè loquitur scriptura dum ait: *Omnia quæcumque voluit fecit in Cælo, & in terra*, nec Augustinus aliud intendit, sed de voluntate absoluta omninò efficaci, quam explicat dicens: *Tamen credere non cogamur aliquid Omnipotentem Deum voluisse facere, quod factum non est.*

Quid ergo faciunt ad sustinendum hereticorum dogma, quo omnis omninò voluntas seria, & sincera à Deo erga reprobos salutem abdicatur, tot Scripturarum testimonia congerere, quibus Calvinistę, & eorum Sectatores abutuntur contra Ecclesię definitionem de voluntate salvandi omnes homines, quasi in Deo alia non cognoscatur voluntas, nisi efficax, & absoluta. Quid hæc probant? Cum & ipse Quenellus se illa de voluntate consequente intelligere non semel protestetur. *Credo (ait) sicut Paulus Deum velle omnes homines salvos fieri, sed credo paritèr Deum voluntate efficaci, & absoluta non velle salutem, præterquam prædestinatorum.* Quid hæc serviunt, cum & ipsi Tyrones ultro fateantur, quod non omnis voluntas Dei salvandi omnes homines sit prædestinativa: ex quibus constat, quam debilis ineptaque sit Gothescalci probatio, & approbatio Cardinalis, quod ulterius detegitur, & explicato.

Protest. Quenelli, fol. 46.

Voluntas divina *benepiaciti* illa dicitur, qua Deus propriè, & formalitèr aliquid vult. Voluntas *signi* communitèr est illa, quæ non est propriè voluntas, sed tantùm ejus signum, quale fuit præceptum Abrahamo impositum de Isaaci immolatione, quam Deus nullo modo, nec inefficacitèr voluit. Nec tamen omnes in hac voluntatis signi explicatione conveniunt.



Voluntas divina *efficax*, *absoluta*, & *consequens* est illa, qua Deus vult omninò rem fieri: hæc nunquam intento effectu caret. Voluntas *inefficax*, *antecedent*, & *conditionata*, illa dicitur, quæ licèt non omninò vellit rem fieri, ex se tamen serio desiderat, ut fiat, itaque tendit aliquatitèr, licèt inefficacitèr, adesse rei, per quod differt à simplici complacentia in possibilibus; Hinc diversimodè vult Deus salutem viatorum, etiam reproborum, quam damnatorum; respectu damnatorum habet Deus aliquam complacentiam in possibilitate salutis secundùm se; non verò eis providet medium aliquod, quo possint salutem obtinere, sicut omnibus viatoribus id liberalitèr elargitur.

Itaque voluntas, qua Deus vult omnes observare præcepta, omnes justificari, omnesque salvari est inefficax, respectu copulativæ justificationis, & salutis omnium; dici tamen potest hæc voluntas absoluta, & efficax respectu alicujus termini, in quo vult justificationem, & salutem, ipsa enim Dei voluntas non terminatur directè, & immediatè ad omnium salutem, sed tantùm in aliquo medio, videlicèt in auxilio sufficienti; nulla quidem libera volitio in Deo dari potest, quæ sit purè inefficax, cum non possit esse omninò libera, quin sit alicujus termini productiva, in quo velit inefficacitèr objectum, quare in auxilio sufficienti vult inefficacitèr salutem. In hoc sensu voluntas, qua Deus salutem omnium vult dicitur efficax, quantum est ex parte Dei, non quantum velle potest, nec voluntate conferente omnia media à Deo conferibilia, sed voluntate sufficientia media providente, quibus omnes hominis salvari possint, si & ipsi vellint, quæ idcirco dicitur voluntas conditionata.

Discernitur ergo Catholicorum sententia à Janseniana in eo quod Jansenistæ dicunt: Deum penitùs noluisse post peccatum Adæ reproborum salutem, & consequentèr illis exhibere auxilium sufficiens noluisse, quod si serio voluisset eorum salutem non denegaret in auxilio gratiæ irresistibilis, quo salutem infalilitèr consequerentur. Nos intendimus Deum defacto, & sincero animo voluisse benefica voluntate, licèt non omninò efficaci, omnes omninò homines salvari, etiam reprobos, illis conferendo sufficiens ad salutem obtinendam auxilium. Electorum salutem voluit Deus animo specialitèr benefico, tribuendo illis auxilium sufficiens, & simul efficax, seligendo illud amore speciali ab inefficaci, ad cujus collationem, nempè auxiliij efficacis, non tenetur Deus ex munere causæ primæ; ut proindè salutis benefi-

cium,



cum, ita tribuatur Deo, ut reproborum perditio uni creaturæ voluntati tribuatur: *Perditio tua ex te Israel.*

Indè verum est salvari infallibilitèr omnes, quos Deus vult absolutè, & efficacitèr salvari; non quia gratia efficax, ut Jansenistę intendunt, humanam voluntatem necessitet ad bonam operationem, sed quia bona operatio est infallibilitèr futura, & necessaria, necessitate consequente, ex hypothesi, quod futura prævideatur sub auxilio, quod Deus benignissimè confert; haud secùs ac trina negatio Divi Petri necessario, necessitate consequente, non læsiva libertatis erat futura ex hypthesi, quod fuisset sub talibus circumstantijs prævisa. Constat indè: quod licèt reprobi non salventur, verùm est Deum velle eos salvare: Quia reprobi in tantum damnantur, in quantum peccant, & in tantum peccant, in quantum resistent gratiæ sufficienti, ne peccent; quod si præditi sunt gratia sufficienti ad non peccandum, cui resistunt, eo ipso verùm est, Deum tale auxilium contulisse, ne peccarent, & ut salvarentur divina adimplendo præcepta.

Nemo ex adultis, ubi ad usum rationis pervenerit, privatur ob culpam originalis auxilijs sufficientibus ad salutem: quia nemo eorum damnatur citra culpam personalem, & culpa personalis non habetur absque gratia sufficienti ad non peccandum; Et quamvis Deus aliquando in pœnam peccati, seu resistentiæ auxilijs deneget auxilium efficax, seu aliud majoris intensionis, nunquam tamen novum peccatum committitur absque nova gratia sufficienti ad illud vitandum, & nunquam à Deo confertur tale auxilium absque sincera voluntate, quod homo eo utatur in ordine ad salutem consequendam. Sicut nemo vir prudens invitatur ad prandium, sine sincera voluntate, quod non sit, si annuat, à convivio excludendus. Dicendum ergo est: Deum velle vera, & sincerissima voluntate omnes, & singulos homines salvare, etiam reprobos; & non tantum velle salvare eos, qui infallibilitèr salvantur, omnibus enim præbet sufficientia auxilia, quibus salvari possunt, si ipsi velint: & sic subsistit Seraphici Doctoris propositio: *Deus, voluntate beneplaciti vult omnes homines salvos fieri.*

*In 4. dist. 46.  
q. 1. art. 1.*

Sed quia Quenellus cum Jansenistis voluntatem beneplaciti penitèr excludit, solumque admittit voluntatem signi, quam sterilem, impropriam, & figuratam appellat, & in suæ cogitationis præsidium invocat D. Thomam, illius male sana fides detegenda est. Angelicus Præceptor agnovit voluntatem beneplaciti antecedentem erga salutem omnium, & dum voluntatem signi

H

me-



memorat, in sensu Jansenistis aduerso eam proponit: expressè enim fatetur ex ea hominibus descendere consilia, & remedia. Sic in 1. Tim. 2. ait: *Velle ponitur quandoque pro voluntate signi: voluntate signi vult Deus salvare omnes: quia omnibus proposuit salutis præcepta, consilia, & remedia. Pro voluntate beneplaciti, sic exponi potest quatuor modis (inter quos hunc exponit quarto loco) secundum Damascenum, ut intelligatur de voluntate antecedente, non consequente.*

Duo hinc effingunt Jansenistæ: Primum: D. Thomam non agnovisse in Deo voluntatem beneplaciti erga salutem omnium hominum, sed tantum voluntatem signi. Secundum: Quod Ang. Doctor dum voluntatem antecedentem à Damasceno expositam adoptat, intendit hanc antecedere tantum, & nullo modo subsequi prævisionem peccati.

Ad 1. constat D. Thomam non accipere voluntatem signi ad mentem Quenelli, qui voluntatem sterilem effingit. Secundum est Jansenij cogitatum, cui contradicit expressè Apost. 1. Tim. 2. *Obsecro primum omnium fieri obsecrationes pro omnibus hominibus: hoc enim acceptum est coram salvatore nostro Deo, qui omnes vult salvos fieri.* Hinc Apost. in statu naturæ lapsæ, hortatur ad orandum pro omnibus, & singulis nullo excepto: *Quia Christus dedit semetipsum redemptionem pro omnibus, non rectè intelligi potest, ut Jansenius meditatur de voluntate peccatum Adæ antecedente. Clariùs 2. Petri, cap. 3. v. 9. Patientè agit propter vos, nollens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reverti.* Ergo Deus vult omnes peccatores converti, & salvari, & quidem hoc vult post prævisum peccatum: Nam voluntas Dei, ut peccatores ad pœnitentiam revertantur, nequit esse ante prævisum peccatum, ut ex terminis patet. Nec Deus velle potest homines reverti ad pœnitentiam, quin simul velit ipsis conferre auxilium, sine quo minimè possunt ad veram pœnitentiam pervenire.

## §. X.

**NON PRO TOTIUS MUNDI REDEMPTIONE, NEQUE**  
*pro omnium hominum salute Jesus-Christus Crucifixus,*  
*& mortuus est.*

NORIS col. 708.

*Non pro omnibus hominibus mortuum esse Christum Dominum, ex Scriptura, & SS. Patribus non obscure aeducitur.*

JANSEN. Prop. 5.

*Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse.*

SUBS-



SUBSCRIBIT JANSENIUS.

*Christus non pro totius mundi redemptione crucifixus, & mortuus est. Tom. 1. lib. 8. cap. 23. col. 546.*

CALVINUS.

*Christus proprii gregis solummodo fuit sollicitus, & pro electis suis dumtaxat oravit. In Joan. cap. 17.*

CALVINUS.

*Sub omnibus, reprobos non comprehendit, sed eos designat, qui simul credituri erant. In Joan. 1. 2.*

JANSENIUS.

*Augustinus nunquam in scriptis suis fatetur Christum pro omnibus, nullo excepto crucifixum esse, vel mortuum. Lib. 3. de Grat. Christi, cap. 21.*

ZANCHIUS.

*Sanguis Christi non est secundum propositum Dei, & re ipsa pro reprobis, & incredulis effusus, sed tantum pro electis, & quidem pro omnibus istis multis. In Misc. doct. 1. Joan. 2.*

ARETIUS.

*Deum volentem, & scientem excludere Caipham, Judam, Pharaonem, & Herodem, nec esse eorum Redemptorem. Part. 2. Problem. fol. 866.*

NORIS.

*Christus non pro omnibus hominibus crucifixus, & mortuus est.*

JANSENIUS.

*Argumentum pro gratia sufficienti desumptum ex eo quod Christus pro omnibus sit crucifixus, & mortuus, usque ad nauseam à Pelagianis inculcatum est. Tom. 3. lib. 3. cap. 20. col. 379. & 380.*

BEZA.

*Falsum, blasphemum, impium est dicere Christum crucifixum, & mortuum esse pro reprobis.*

CHAMIERUS.

*Non pro quibusvis mortuus est Christus. Tom. 3. lib. 9. cap. 3.*

SIMONIUS.

*Christum tantum electorum gratia se ipsum exinanivisse, forma servi assumpta. Contra Scheg. libro 2. cap. 24.*

CONTRA REMONSTRATIONEM  
in Specim Amstelodami.

*Qui docent Christum pro omnibus, & singulis hominibus :::: hi faciunt divinum consilium, & decretum incertum, & faciunt inanem virtutem satisfactionis Christi.*

BO.

45  
16

31



Clevitius.

*Christus non est pro omnium omnino peccatis crucifixus, & mortuus, sed tantum pro fidelibus, & pijs. Apud Cocium Thesaur. Cath. tom. 1. lib. 3.*

*Jesus-Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo sanguine Primogenitos, id est, electos de manu Angeli exterminatoris.*

Calidior cæteris Quenellus præcisivis terminis in hac, & pluribus ejusdem damnatis propositionibus apertè Jansenizat denotans Christum D. morte sua electos pro semper liberasse, è potestate dæmonis, obtinendo illis perseverantiam usque in finem; alijs verò obtinuisse tantum temporarios quosdam effectus nempè fidem, imò & charitatem; non tamen perseverantiam, cui adhæret Cardin. Noris. Huic tamen in prædicta Thesi contrariantur Scripturæ, SS. Patres, & Ecclesiæ definitiones.

## EX SAC. SCRIPT.

*Isaï. 53. v. 6. Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostram.*

*Ad Rom. 5. v. 18. Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Energia Anthitesis est: sic justitia Christi omnibus hominibus impensa est, sicut peccatum Adæ omnibus obfuit; sed obfuit omnibus (excepta Beatissim. Virg.) quam nobiliori redemptione præferbavit. Ergo.*

*Ad Rom. 8. v. 32. Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus traddidit illum.*

*1. Corint. v. 11. Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Ex quo sic infero. Nullus electus perit, sed aliquis propter quem Christus mortuus est perit: ergo aliquis propter quem Christus mortuus est, non est electus.*

*2. Corint. 5. v. 14. & 15. Æstimantes hoc: quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus. Si vera est adversariorum expositio, erit inepta illatio Apostoli, utpotè universalis ex particulari, & à restricto ad non restrictum affirmativè: cum ergo Apost. concludat ex generalitate remedij, generalitatem mali, necesse est æquè latè patere remedium, ac patuit malum; atque adeò, pro iisdem omnibus mortuum esse Christum, qui in Adamo mortui sunt; quod*



quod si minus latè patet remedium quam malum , argueretur Paulus , ac si diceret : Si pro decem oblatum est remedium : ergo mille mortui sunt : quod cogitare nefas.

1. Tim. cap. 4. v. 10. *Speramus in Deum vivum , qui est Salvator omnium hominum maxime fidelium.* Maxime fidelium ait : quia his contullit fidem , spem , & gratiam , subsidiaque maxima ad salutem , ex speciali benevolentiae affectu : : *Jesus-Christus dedit semetipsum pro omnibus nobis.*

1. Joan. cap. 2. v. 2. *Ipsè est propiciatio pro peccatis nostris , non pro nostris tantum , sed pro totius mundi.*

Math. 18. 11. *Christus venit salvare quod perierat.*

### EX CONCILIIJS.

Constat eadem veritas ex Arclatense , Moguntino , & Trid. sess. 6. can. 2. *Hunc proposuit Deus propiciationem per fidem , in sanguine ipsius pro peccatis nostris , non pro nostris tantum , sed pro totius mundi : : Verum etsi ille pro omnibus mortuus est , non omnes tamen beneficium mortis ejus recipiunt , sed hi dumtaxat , quibus meritum passionis ejus communicatur.* Sess. 6. cap. 3. Ergo mortuus est etiam pro illis , qui beneficium mortis ejus non recipiunt , scilicet pro reprobis.

Demum Concil. Nisenum Constantinopolitano , Ephesino , & Calcedonense firmatum , Conclusionem Norisianam oppugnat , dum hanc credendi formulam proponit : *Credo in unum Dominum Jesum-Christum : : qui propter nos homines , & propter nostram salutem descendit de Cælis : : Crucifixus mortuus , &c.* Hac credendi formula tenentur uti , sive reprobi , sive prædestinati , sive fideles , sive ad fidem vocati. Cum ergo hæc formula vera , & catholica sit , omnibus his , qui tenentur fide divina eam proferre , quales sunt enumerati , consequens est , ut propter eos omnes , & propter eorum salutem Christus venerit , & passus fuerit ; adeoque contra veritatem symboli Niseni restringi videtur passio , & mors Christi , ad solos prædestinatos , vel ad solos fideles , ita ut cæteris hominibus ex vi meritorum Christi , nec oblata , nec præparata fuerint media ad salutem necessaria.

Prætereà , si ad solos prædestinatos restringitur beneficium Redemptionis , cæteri fideles , qui in re prædestinati non sunt , non possent certò , & catholicè formulam illam proferre ; imò nec ipsi prædestinati , qui nesciunt se prædestinatos esse : qua enim isti certitudine proferrent *propter nos Christus mortuus est ,*

I

cum



cum sciant Christum mortuum esse pro solis prædestinatis , & nesciant an prædestinati sint. Rursus ad fidem vocati ( si ad omnes , & solos fideles restringitur Redemptio ) nec tenerentur credere , nec prædicta formula uti : quia juxta opinionem contrariam Christus pro his , nec est Cælo descendit , nec crucifixus , nec mortuus est ; imò nec credere possent , cum ipsis denegarentur remedia , & media necessaria ad salutem , sine quibus impossibile est credere.

### EX SS. PATRIBUS.

UNC ore SS. Patres adversantur huic propositioni : *Christus non est mortuus pro omnibus hominibus* , aperte , absolute , & sine ulla limitatione , aut restrictione docent : *Christum venisse , ut redimeret omnes , & singulos homines , nullo excepto ; crucifixum , & mortuum pro totius mundi expiatione pro Gentilibus , & reprobis pro omnibus , qui in universa terra consistunt ; demùm venisset ut redimeret quidquid hominum sub Cælo est.*

D. August. ad illud : *Non enim misit Deus filium suum in mundum , ut judicet mundum , sed ut salvetur mundus per ipsum , sic ait : Ergo quantum in medico est salvare vult egrotum , ipse se interimit , qui præcepta medici servare non vult. Venit Salvator in mundum , quare Salvator dictus est mundi , nisi ut salvet mundum :: salvari non vis ab ipso ex te judicaberis. Tract. 12. in Joan. cap. 3.*

Idem de Symb. ad Cathecumenos lib. 2. cap. 8. *Videtis vulnera , quæ inflixistis ? Agnoscitis latus , quod popugistis ? Quoniam , & per vos , & propter vos , apertum est , nec tamen intrare voluistis.*

Idem in Psal. 68. cap. 27. *Projecit pretium argenti , quo ab illo Dominus venditus erat , nec agnovit pretium , quo ipse à Domino Redemptus erat.*

Idem contra Julianum lib. 6. cap. 9. *Apostolus unum dixit fuisse , in quo omnes peccaverunt : in illo uno mortui sunt omnes , ut moreretur alius unus pro omnibus. Unus enim pro omnibus mortuus est , ergo omnes mortui sunt , pro quibus Christus mortuus est.*

D. Thom. *Christus Jesus est mediator Dei , & hominum , non quorundam tantùm ; sed inter Deum , & omnes homines , & hoc non fuisset nisi vellet omnes salvos fieri.*

S. Leo Papa Epist. 83. ad Episc. Palest. *Effusio pro injustis sanguinis justi tam potens fuit , ut si universitas captivorum in Redemptorem suum crederet nullum tyranica vincula detinerent : Quoniam ut Apost. ait : Ubi abundavit peccatum , superabundavit & gratia.*

Idem.



Idem. *Christus pro omnibus, id est, pro omnium salute est mortuus pro quibus in Cruce orabat, dicens: Pater, ignosce illis. Serm. 1. de Passion. Ergo & pro reprobis illis, qui nec crediderant, nec credebant, nec credituri erant.*

S. Anselmus ad illud Tim. 1. 2. *Qui dedit semetipsum Redemptionem pro omnibus, ait: Nullum excipiens, qui velit redimi ad salvandum. In hoc enim patet, quantum Deus homines diligat, & eos velit omnes salvos fieri, si perversitas eorum non obstiterit. Mortem pro omnibus sustinuit, ut omnes à morte aeterna liberaret, & ideò qui non salvantur, non est quod de Deo, vel de Mediatore possint conqueri, sed de se ipsis. Et Orat. 28. ait: Æquali dilectione nos omnes creasti, equali dilectione pro omnibus passionem suscepisti.*

S. Ambrosius lib. de Paradox. cap. 8. *Venerat Dominus Jesus salvos facere peccatores, etiam circa ipsos ostendere debuit suam voluntatem. Quod in Deo fuit ostendit omnibus, quod omnes voluit liberare.*

S. Paulinus. *Quantum in ipso est omnem hominem fieri salvum vult, qui fecit omnes. Epist. 12.*

Cyrilus Alex. *Ut qui pro omnibus mortuus erat proprio sanguine redimeret, quidquid hominum sub Cælo est, & adquirere Deo Patri omnes eos, qui in universa terra consistunt. Epist. relata in Conc. Ephes.*

Greg. Nazianz. *Passionem Christi vocat, non exiguae cujusdam partis Orbis terrarum, sed totius mundi expiationem. Orat. 2. de Pas. & Orat. 25. ait: Christi perpeffiones, per quas omnes reformati sumus, nullo penitus excepto, qui eidem Adamo participavimus.*

Clemens Alex. lib. 7. Strom. pag. 298. *Christum venisse ad communem hominum salutem ::: Verbum Æternum tum singulis privatim, tum communiter omnibus unus est Salvator.*

Chrysoft. 1. ad Tim. 2. homil. 7. *Quomodò illi non crediderunt? Quia noluerunt, suas tamen ille partes executus est, dum pro eis in Cruce penderet.*

S. Ildephonsus Serm. 5. de Assumpt. *Non audent (ut opinor) Ministri Tartarei, hodie attingere suos captivos, quos recolunt Redemptos illius sanguine, qui pro mundi salute dignatus est nasci de Virgine. His facile perspicias quo jure dixerit Card. Noris: EX SCRIPTURA EX PATRIBUS NON OBSCURE DEDUCITUR: CHRISTUM NON PRO OMNIBUS HOMINIBUS MORTUUM ESSE. Audivimus Jansenium asserentem D. Au-*

gus-



Vindic. Aug. in  
Præfat. ad ob-  
jec. Vincent.

In 1. p. q. 23.  
art. 5.

Penotus lib. 5.  
cap. 10.

gustinum nunquam in suis scriptis fateri, Christum pro omnibus, nullo excepto, se dedisse redemptionem, vel crucifixum esse, vel mortuum; attamen S. Prosper fidelissimus Augustini Discipulus, adversus eos, qui hanc hæresim ausi sunt Augustino adscribere, ait: *Injustis opprobrijs voluisse S. Augustinum infamare, & calumniari, & prædictam assertionem vocat: Ineptissimarum blasphemiarum prodigiosa mendacia, ac impias, & prophanas opiniones; quarum prima est: Dominus noster Jesus-Christus, non pro omnium hominum salute, & redemptione mortuus est.*

*Cavenda igitur est (ait Pesantius) Calvinistarum blasphemia dicentium, Christum non fuisse mortuum pro omnibus. Et catholica positio in hac controversia est, omnes, & singulos homines, etiam post prævisum peccatum Adæ, per supernaturalem Dei providentiam esse ordinatos in finem supernaturalem æternæ salutis: Itaque voluntate antecedente, etiam præsupposita præscientia peccati originalis, quantum in ipso est, vult, & exoptat æternam omnium, & singulorum salutem, ob id præparat omnibus media sufficientia, & proportionata, ut sunt Incarnatio, & Sacramenta, adultisque auxilia actualia ad eandem salutem consequendam.*

#### §. XI.

### RESTRICTIO NORISIANA AB ECCLESIA DAMNATA demonstratur.

**P**Rædictam mortis Christi restrictionem damnaverunt Alex. VIII. & Innoc. X. in hac Jansenij prop. 5. *Semipelagianum est dicere: Christum pro omnibus hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse, ut falsam, temerariam, scandalosam, & intellectam in eo sensu, ut Christus pro salute tantum prædestinatorum mortuus est, impiam, blasphemam, contumeliosam divinæ bonitati, & hereticam damnamus.*

Hæreticam esse fatetur Noris propositionem, quæ restringit Christi Redemptionem ad solos prædestinatos: Nam inde sequeretur (ait) omnes Christianos reprobos in baptisate, & antequam in peccata dilaberentur, vel nullam habuisse gratiam, quod est idem ac dicere, Sacramenta nulla suscepisse, quod est blasphemum, vel gratiam illam non fuisse ex meritis Christi, quæ est æqualis, imò & pejor blasphemia est. Itaque ex mente Cardinalis, Christus Dominus non tantummodò mortuus est pro prædestinatis, verumetiam pro fidelibus reprobis, in quantum ipsis promeruit temporalem justitiam, & alia superioris ordinis subsidia.



Discrepat in hac conclusione Noris à Luthero, & Calvino: hi enim prorsus negant reprobis conferri ex Christi meritis justitiam temporaneam, aut aliqua superioris ordinis dona; asserentes nullatenus Christum pro reprobis mortem obtulisse. Convenit tamen cum Jansenio, qui ex meritis Christi reprobis fidelibus concedi in hac vita aliqua supernaturalia beneficia oppinatur; atque adeò Christum etiam pro fidelibus reprobis, quoad hoc mortuum esse, non verò pro aeterna illorum salute, quare in eorum sensu remanet absolutè verum, *Christum D. mortuum esse pro salute tantum prædestinatorum*: quoniam licet mortuum esse concedant pro fidelibus reprobis, id tantum intelligunt quoad justitiam temporaneam, non tamen pro eorum salute.

*Christus* (ait Jansen.) *pro infidelium in infidelitate morientium, aut justorum non perseverantium aeterna salute mortuus non est, nec sanguinem fudit, nec seipsum redemptionem dedit, nec Patrem oravit; imò nec magis pro aeterna liberatione ipsorum, quam pro diaboli deprecatus est.* Nec tamen negat Jansenius, quin ex meritis Christi divina auxilia recipiant, quoquoque ad fidem perveniunt: Sic de justis non perseverantibus, ait: *Pro istis in tantum mortuus est, in tantum rogavit Patrem, in quantum temporalibus quibusdam gratiae effectibus divina exornandi sunt.* Convenit ergo Noris cum Jansenio in hac firmanda conclusione: *Christus D. mortuus est dumtaxat pro salute aeterna prædestinatorum, & pro temporanea fidelium justificatione, minimè verò pro infidelibus in sua cœcitate morientium.* Quam quidem nec Quenellus ausus est proferre, qui fateretur esse dogma ab omnibus Catholicis admissum: *Christum pro omnibus hominibus mortuum esse.*

Tract. 1. lib. 23  
cap. 21.

Lib. 3. de Gratia  
Christi.

Protest. fol. 463

Postquam Pontifices, ut hæreticam damnare propositio- nem 5. Jansenij, asserentem, Christum D. dumtaxat mortuum esse pro salute prædestinatorum, Jansenistæ varias cogitavere cavillationes, atque interpretamenta, ut à fulmine damnationis suum errorem subducerent, & reprobo sensu, quoad fieri posset, temperato retinerent. Ecclesiæ contra Jansenium definitionibus agitati, intulerunt: *Christus dedit semetipsum pro nobis oblationem Deo, non pro solis electis, sed pro omnibus, & solis fidelibus*, id fateretur Noris, id ipsum Alex. VIII. damnavit in prop. 4. Ex prædicta Thesi, videlicet: *Christum pro electis, & pro fidelibus mortuum esse*: placuit Novatoribus inferre: ergo Pagani, Judæi, Hæretici, alijque hujus generis nullum accipiunt à Deo influxum; adeò- que hinc rectè inferes in illis esse voluntatem inermem, nudam, sine

K

ulla



*ulla gratia sufficiente* : quod pariter à Sede Apostolica damnatum est. Nec mirum cum Jansenij vestigijs inhærentes consequenter negare debent in statu naturæ lapsæ omnem gratiam sufficientem à victricis, & invencibili distinctam.

Dicendum igitur utrumque errorem, seu limitationem, vel ad solos prædestinatos, vel ad omnes, & solos fideles rejectam esse ab Scripturis, Concilijs, & SS. Patribus, qui universalivè, absolutè, & sine ulla restrictione, aut limitatione docent : *Christum D. pro omnibus, & singulis, nullo penitus excepto pro, omnibus, qui in universa terra consistunt pro reprobis, & infidelibus, denique pro omnibus hominibus, qui sub Cælo vivunt, crucifixum, & mortuum esse.*

Hinc vidère licet, qualem Redemptorem nobis describit Eminent. Noris. Quomodò Christus appellari potest Redemptor universalis totius generis humani, & mediator inter Deum, & omnes homines, qui non est mortuus pro majore parte generis humani? Qui nullos voluit salvare, nisi eos, qui salvantur, & insuper conferre nonnullis reprobis beneficia tantummodò temporanea supernæ gratiæ. Fateatur optimè Noris, ex eo quod reprobi fideles acceperint aliquam supernaturalem gratiam per Christum, infallibilitè sequi Christum pro illis mortuum esse, & blasphemiam esse contrarium enunciare : ergo illi, pro quibus Christus non est mortuus, nullam ex eo accipiunt gratiam. Fateatur insuper Noris opus est : quod si nullam gratiam contulit Christus infidelium propè immensæ turbæ in infidelitate permanenti, nullo pacto potest dici Redemptor illius ferme infinitæ multitudinis. Hæc gustui Jansenij, & Quenelli facile arrident, cum sustinueri. Prop. 26. *Nullæ dantur gratiæ nisi per fidem.* Prop. 27. *Fides est prima gratia, & fons omnium aliarum.* Et Proposit. 29. *Extra Ecclesiam nulla datur gratia, & alia huc expectantia, & proscripita in Constit. Unigenitus.*

## §. XII.

### EX CAPITE LÆSSÆ LIBERTATIS IMPUGNATUR Sententia Norisiana.

**C**UM nulla detur supernaturalis gratia nisi per Christum, & illis, pro quibus Christus non est crucifixus, & mortuus, nulla tribuatur gratia superna; sequitur Gentiles omnes in in-



fidelitate permanentes, gratia sufficiente carere ad obtinendam salutem, quo tota infidelium libertas ad conversionem evertitur: hoc planè evincitur à Jansenio dicente: *Infideles carent gratia sufficiente ad salutem, tam proximè, quàm remotè, & omnibus principijs ejus. Post Adæ lapsum nulla gratia datur, nisi electis: Re-probi verò ita ad fidem, & conversionem vocantur, & invitantur exterius, ut ea tamen illis dare Deus nolit. Gratia sufficiens à Semipelagianis ortum habet, & indè in Catholicorum Scholas translata est. Nullum dari post lapsum Adami, adjutorium sufficiens quin simul sit efficax.* Tom. 3. cap. 3.

Lib. 3. de Grat.  
Christi cap. 11.

Ibid. cap. 12;  
col. 323.

Quam absona, & blasphema sit conclusio ista, nemo non videt: tollerabilis tantummodò Jansenio erit admittenti præcepta impossibilia, & Norisio asserenti, *Deum nobis jubere quandoque, quæ non possumus.* Scripturæ verò, & PP. passim resistunt, ingeminantes nunquam per Deum stare, ne quis præcepta adimpleat, & salvetur; neque sine injuria Redemptoris dici potest, quod sola originalis culpa fuit in causa, cur Deus deneget infidelibus auxilia sufficientia, ut credant, & salventur; alioqui sanguis Christi nihil eis profuisset. Et quidem, si Deus alicui denegaret auxilium sufficiens ad salutem, illum deservisset Deus, priusquam ab illo desereretur, per aliquam culpam propriam: & Deus neminem deserit, ut nisi prius deseratur; quod SS. Patres absolute, & universim accipiunt, quamvis ibi Trid. de solis justis loquatur.

Præparatur igitur, post Adæ lapsum, & à Deo offertur omnibus hominibus, tum justis, tum etiam injustis, & infidelibus gratia verè sufficiens, per quam infideles ad fidem converti, peccatores à peccatis resurgere, præcepta servare, vitare peccata, & in justitia perseverare possint. Id exigit Redemptoris munus, & mediatoris inter Deum, & omnes homines officium, qui sanè omnium reparator non esset nisi omnibus ex se media sufficientia comparasset. Alioquin, si de medio tollitur gratia sufficiens, sequeretur, nullum ex his, qui præcepta supernaturalia violant, potuisse illa adimplere: quia neque habuit gratiam efficacem ad observandum præceptum, qui illud frangit, ut ex se patet, neque gratiam sufficientem habuit, quæ ex mente adversariorum repugnat; cum pariter impossibile sit præcepta supernaturalia, sine gratia adimpleri.

Absit ergo impia, & erronea Novatorum cogitatio, dum infidelis voluntatem nudam, & inermem meditantur: Quia cum  
Deus



Deus velit etiam infideles salvos facere, Christus D. eis præstat auxilia supernaturalia sufficientia ad salutem obtinendam, ne volitio divina inepta dicatur, sicut verè fatua dicitur volitio finis sine medio ad illius existentiam penitus necessario.

Ex Joan. 1. *Deus illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, de lumine supernaturali intelligunt Chrysoft. & Aug. lib. 1. de Peccat. mort. & remis. cap. 25. cum de illo paulò ante loquatur Evangelista: & relatè ad infideles locutus est Apost. 1. Tim. 2. dicens: *Coram salvatore nostro, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Sicut per Isaiam ad infideles dixit cap. 65. *Expandi manus meas ad populum incredulum, qui graditur in via non bona.* Hincque Augustinus in Ep. 18. *Non est qui se abscondat à calore ejus*, ait: *Cum verbum caro factum est, & habitavit in nobis, mortalitatem nostram suscipiens non permisit ullum mortaliū excusare se de umbra mortis, & ipsam enim penetravit verbi calor.*

S. Prosp. lib. 2. de Vocat. gent. cap. 20. ait: *Universitati hominum, quod abundè probavimus, ita multiplex, atque infallibilis Dei bonitas consuluit semper, & consulit, ut neque ulla pereuntium excusatio suppetat.* Quod paritè confirmat Concil. Colonienſe p. 4. cap. 32. dicens: *Quamquam nemo convertatur ad Dominum, nisi tractus à Patre, attamen nemo hinc excusationem prætexat, quod non trahitur, ille autem semper stat ad ostium pulsans, excusationem profectò legitimam haberent, si gratia sufficienti privarentur.* Quamvis igitur infideles non sint Christi membra, adhuc Christus in illos influit, ut membra fiant: sicut calor naturalis influit in cibum, ut in substantiam aliti convertatur.

Indè corruiſit Jansenistarum fundamentum ex Calvino, & Luthero propinatum, & Jesu-Christi sanguini injuriosum; videlicet: quod nulla datur in natura lapsa gratia sufficientis, seu quod in statu naturæ lapsæ gratiæ interiori non resistitur: quæ est secunda Jansenij Prop. damnata: illa enim superna interior gratia, non solum datur in vacuum fidelibus recipientibus, sed etiam infidelibus, qui Spiritui Sancto resistunt, & per quos stat, ne ad agnitionem veritatis perveniant. Sic quidem sive fidelibus obduratis, sive infidelibus offertur, ut si tenuiora quædam gratiæ supernæ auxilia, quæ sive ad vitanda peccata, sive ad opem divinam implorandam, certis temporibus, ipsis dantur, non repuant, paulatim, & quasi per gradus ad divinam amicitiam perveniant.



Advertere oportet pro rei veritate, necnon pro difficilio-  
ribus locis exponendis: quod gratia, quæ gentilibus confertur,  
non semper est, in stricta acceptione, *gratia Christi*, id est, gra-  
tia, quæ Christi mediatoris involvat, cognitionem; semper ta-  
men est *gratia per Christum*, hoc est, Christi meritis comparata,  
quæ ab Augustino appellatur *munus Redemptionis*, & communiter  
dicitur gratia Dei, ne confundatur cum gratia Christi, quæ Re-  
demptoris cognitionem importat.

## §. XIII.

## LIBERTAS JANSENIANA IMPUGNATUR.

**P**Ræcepta supernaturalia observari, ac peccata transgressionis  
vitari posse à non habentibus gratiam sufficientem, affirmat  
Jansenius, non quidem (ait) illa potestate proxima, quæ dat simul  
velle, quod possumus; & posse quod volumus, nec illa, quæ potesta-  
tem voluntatis, velut in equilibrio ponit ad utrumque, sed illa remo-  
tiori potestate, qua possit peccata vitare, si velit, quare ait: Vo-  
luntas sine gratia non potest peccata vitare; potest tamen si velit. Hæc  
tamen argutia tyronibus decipiendis tantum idonea est, & re-  
vera nihil nisi libertatem impossibilem concedit, talis est hæc  
potestas remotissima, & hypthetica, quæ in gentili gratia desti-  
tuto, conceditur ad non peccandum si vellit, seu ad actum su-  
pernaturalem eliciendum. Propterea Cardin. de Aguirre asserit,  
hic Jansenistas solummodò concedere homini potestatem quan-  
dam remotam adimplendum præceptum Dei, quam nec Luthe-  
rus, Calvinus, Molinæus, Zanchius, Paræus, & alij jurati liber-  
tatis hostes concesserunt. Nam si rogetur Jansenius: An possit  
homo sine gratia velle vitare peccata. Resp. Sine gratiæ adjutorio  
tàm impossibile est voluntati, ut bene velit, quàm cæco, ut videat, sur-  
do, ut audeat, eruribus fracto, ut rectè ambulet. Itaque non ma-  
jorem potestatem homini concedit, quam quæ in Deo datur ad  
peccandum.

Lib. 3. de Grat.  
Christi, cap. 15In Defens. Ca-  
thol. D. Petri  
d. 21. sect. 1.Lib. 2. de Grat.  
cap. 1.

Dices: Potestas remota, quæ datur in homine, gratia desti-  
tuto, ad non peccandum, & ad observandum præcepta, non est  
adeò impossibilis, ac potestas Dei ad peccandum: quia in li-  
bera potestate Dei est dare cuivis gentili gratiam efficacem ad  
credendum, & ad observanda præcepta, sed contra est. Quia  
potestas, quam Deus habet ad conferendum homini gratiam, nihil



potestatis homini præstat, dum ipse gratia destituitur ad credendum, aut pœnitendum: Quid enim potestatis homini præstat ad transvolandum Caucasum potestas, quam Deus habet ad conferendum homini alas.

Lib. 4. ad Bonif. cap. 3.

Lib. 1. ad eundem.

Lib. 1. Re-tract. cap. 10.

Ruit ergo penitus sine gratia libertas ad observanda præcepta, quod passim Augustinus expressè docet: *Non potest (ait) captiva voluntas, nisi gratia Dei, respirare in salubrem libertatem, quod evertit hæresim Pelagianam. Nemo igitur potest habere voluntatem justam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit veram, hoc est, gratuitam desuper gratiam. Verum est homines hoc posse (servare præcepta) si vellint, sed præparatur voluntas à Deo, ut possint.*

Instabis. Homo sine gratia potest credere; licet non potest credere sine gratia, sicut oculus sine luce potest videre, licet non possit videre sine luce. Sed hoc nihil valet, & est disparitas luce clarior: lux enim non est causa visionis, nec requiritur ex parte potentiæ, sed ex parte objecti; gratia verò est causa, & quidem principalior actus supernaturalis, ut contra Pelagium constat. Itaque, qui enunciat: sine gratia est potestas credendi, licet non sit potestas credendi sine gratia; poterit redarguere Christum dicentem: *Sine me nihil potestis facere*: quasi dicere debuisset Dominus: *Nihil potestis facere sine me*, ita ut negatio gratiæ non afficiat potentiam, sed actum, quasi defectus gratiæ actum dumtaxat impediatur, non potentiam.

Itaque in homine spoliato gratia supernaturali tantum datur capacitas, ut elevetur per dona gratiæ, quibus obtineat veram potentiam proximam adimplenda præcepta supernaturalia, & ad alios actus naturæ vires excedentes. Hæc capacitas, ut elevetur, dicitur potentia remota, seu radicalis, quæ non datur in lapide, vel ligno: hoc facile solvitur, quod adversarij nobis ex Augustin. objiciunt ex lib. de Prædest. SS. cap. 5. *Posse habere fidem, sicut posse habere charitatem natura est hominum*: Ergo sine gratia liberum arbitrium est in homine ad credendum. Loquitur hic Aug. de Potestate radicali, remota, & incompleta, quæ non datur in peccoribus, nec capacitas ad credendum, sicut in natura hominis datur; non verò loquitur de potentia libera, de qua est quæstio.

Hoc genus potentiæ ignotum fuit in scholis usque ad annum 1679. in quo Bajanus Doctor Lovaniensis, repudiata Aristotelica, & communi definitione libertatis hanc novitatem protrudit in Compendio Theol. pag. 24. dicens: *Neque tamen est quod sine*



*sine gratia sufficienti adulti, non essent liberi ad supernaturalium præceptorum adimpletionem. Et cum argumentis præmeretur talia præcepta, non posse impleri sine gratia, & hac exclusa opus esse, & libertatem pariter destruere. Resp. in Theſibus ann. 1684. Ad libertatem requisitam ad actus fidei, spei, & charitatis, nulli necessitatem gratiæ admittant neesse est.*

Quapropter, ne adeò erroneum devoretur absurdum dicendum est: Christi sanguinem omnibus ad salutem profuisse: quatenus omnibus promeruit auxilia sufficientia, qua possint salvari, si vellint; alioqui non magis profuisset reprobis Christi mors, quam dæmonibus, quos nullo pacto redemit, nec ullum auxilium ipsis ad pœnitendum contulit. Electis specialiter profuit Christi sanguis siquidem Redemptor omnium fuit maxime fidelium: quatenus speciali benevolentia affectu, in actu secundo, & absolutè eos de manu Angeli exterminatoris liberavit.

Inde constat, quam atrox injuria irrogetur Christi sanguini ab eis, qui reprobis denegant auxilium sufficiens: Sic enim voluntati Christi tribueretur eorum reprobatio, utpotè noluerit eis salutem promereri, & denegato ipsis auxilio sufficienti non potest dici reprobos noluisse uti pretio sibi oblato, & salvari: *Cælestis Pater, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis Christum Jesum Filium suum, cum venerit plenitudo temporis, ad homines miserit, ut & Judæos, qui sub lege erant redimeret, & gentes, quæ non sectabantur justitiam, justitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc proposuit Deus propitiatorum per fidem, in sanguine ipsius pro peccatis nostris, non solum autem pro nostris, sed pro totius mundi.*

Trident. sess. 6.  
cap. 2.

§. XIV.

ARGUMENTA CARD. NORIS DISSOLVUNTUR.

**E**ADEM sunt, quæ prius à Calvinistis, deindè à Jansenistis adversus Ecclesiæ doctrinam, & Pontificum definitiones producuntur.

Opponit. 1. Valentinam Synodum particularem ex 14. Episcopis quasi dicat: Christum dominum passum, & mortuum esse tantum pro omnibus, & solis fidelibus. 2. Prudentium Artic. de Morte Christi, dicentem: *Sanguis Christi effusus est pro omnibus credentibus; non pro his, qui nunquam crediderunt, nec credunt, nec*

cre-



*credituri sunt.* Hoc argumentum ponderat Jansenius. Verumtamen est, quod si in sensu à Cardinali intento accipiatur, non solum impingit in Trident. Synodum, verumetiam in prop. 4. ab Alex. VIII. damnatam: *Dedit semetipsum pro nobis Redemptionem::: pro omnibus, & solis fidelibus.* Longè tamen abest Synodus Valentina à mente Cardinalis, qui nec Jansenius ignorare poterat ejusdem Synodi, cap. 5. ubi disertissimis verbis tradit, Christum Redemptorem omnium, etiam reprobatorum extitisse, his verbis: *Ex ipsa tamen multitudine fidelium Redemptorum, alios salvari aeterna salute, alios quia Redemptoris gratiam potius irritam facere, quam servare elegerunt, ad plenitudinem salutis, & ad perceptionem aeternæ beatitudinis, nullo modo pervenire.* Ergo mala fide citatur, cum expressè doceat non pro solis salvandis mortuum esse Christum. Prudentij Articulus jam diu, ut repugnans conciliari cum Trid. Synodo, ubi ait: *Christus pro omnibus mortuus est: non omnes pro quibus mortuus est beneficium mortis ejus accipiunt.* A Doctoribus Catholicis ostenditur; benignè tamen interpretandum est Prudentius loquens de salutis effectu, seu de Redemptione completivè sumpta; aliter discerni non poterit ab Artic. 4. damnato, intr. 31. ab Alex. VIII.

Opponit. 3. Verba Lupi Abbatis Ferrariensis, Epist. ad Carolum Regem, ubi postquam Evangelistarum testimonia refert, ait: *Duo ergo Evangelistæ ponunt pro multis, unus pro vobis, nullus pro omnibus.* Ergo Christus D. non pro omnibus sanguinem effudit.

Resp. Augustinus lib. 10. de Civit. Dei, cap. 32. Sæpè in Scriptura Sacra idem significare *multos*, quam *omnes*. Ut Dan. 10. *Multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere evigilabunt*; id est, omnes resurgent in die judicij. Et ad Rom. 5. *Si enim unius delicto multi mortui sunt*: id est, omnes. Prætereà, Christus D. cum solis Apostolis loquebatur, illisque redemptionis munus commendabat, declarare intendens, quid illis, quibus sanguinem suum porrigebat, pro futurus esset.

Opponit. 4. Hieron. in cap. 20. Matth. v. 28. *Non dixit dare animam suam Redemptionem pro omnibus, sed pro multis, hoc est, pro his qui credere voluerint.* Et in illud Psal. 43. *Vendidisti populum tuum sine pretio*: ait: *Dictum est (de Populo Judaico) sine pretio: quia non est effusus sanguis Christi pro eis.* His insultant passim Calvinistæ, & refractarij, in casum tamen, quia ex testimonijs supra adductis interpretes sui ipsius extitit Hieronymus, qui



qui ubi dixit pretium sanguinis, non esse effusum pro Judæis interpretandus est, sicut August. & Anselm. ille Epist. 102. hinc in Elucid. dicentes, pro solis electis mortum esse Christum: videlicet, quoad efficaciam, & pro redemptione stricta, & completivè sumpta cum salutis effectu.

Opponit. 5. D. Thom. *Hinc (ait Noris) S. Thom. aperte docet, Christum in Cruce non orasse pro omnibus hominibus, alias exauditus esset pro sua reverentia; imò nec pro his, qui credituri erant, sed tantum pro electis, quos illi Pater crediderat, ne perderet ex eis quemquam.* Fateor D. Thom. 3. part. quæst. 21. art. 4. asserere: *Ad 2. dicendum: Quod Dominus non oravit pro omnibus crucifixoribus, neque etiam pro omnibus, qui credituri erant, sed pro his solum, qui erant prædestinati, ut per ipsum vitam consecutiri eternam.*

Resp. D. Thom. hinc de Oratione absoluta, ut ex toto capite manifestum fit, opus est accipi, cum & ipse Ang. Doct. se explicet dicens: *Et ideò omnis absoluta voluntas Christi, etiam humana fuit impleta: quia fuit omninò conformis, ac per consequens omnis oratio ejus fuit exaudita.* Quare omnis oratio ejus exaudita fuit: dicitur enim Joan. 11. *Ego semper sciebam, quod semper me audis.* Idque intelligitur, quando aliquid à Patre voluntate absoluta postulavit, & omninò efficacitè; secùs verò quando postulavit voluntate tantum inefficaci, & conditionata; si nempe, ita Deo gratum foret: sic omnium hominum salutem postulavit, sic etiam in horto, ut calix ab ipso transfiret.

Christus igitur aliquando pro solis electis rogavit Joan. 17. *Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, aliquando etiam pro reprobis postulabat: Pater, ignosce illis.* Sic August. serm. 4. de Sanctis: *Quando in Cruce pendens orabat, pro omnibus postulabat,* Et D. Thom. ad illud Christi apud Joan. 17. *Ego pro his rogo, non pro mundo rogo:* Sic interpretatur: *Christus quantum est de se pro omnibus oravit: quia oratio sua, quantum est de se, est efficax pro omnibus, ut valeat toti mundo; sed tamen non in omnibus sortitur effectum, nisi in Sanctis, & electis Dei, & hoc propter impedimentum mundanorum.* Quod explicat, & confirmat Ang. Mag. contra Gent. cap. 159.

Opponit. 6. Aug. lib. 1. de Adult. Conjug. cap. 15. dicentem: *Sicut omnis, qui Christi sanguine redemptus est, est homo; non tamen omnis, qui homo est, sanguine Christi redemptus est.*

Resp. August. Loqui de Redemptione stricta, seu completivè sumpta per collationem gratiæ efficacis, ex amore efficacis,

M

quam



quam misericorditè electis contullit , ex speciali affectu erga eorum salutem ; non verò de Redemptione latè sumpta , & omnibus hominibus communi , per collationem gratiæ sufficientis , qua possent salvari , si vellent , in quo sensu accipiendus est Anselmus in Elucid. dicens : *Christus pro solis electis mortuus est. Nihil contullit reprobis mors Christi ob sua demerita.* Quod planè hæreticum est , nisi adiiciatur interpretatio.

Locis supra adductis Anselmus , & Augustinus suam mentem , & sæpè alibi explicuit August. docens , Catholicam veritatem , scilicèt , Christum pro omnibus mortuum esse. In Psal. 25. ait : *Judicabis Orbem terrarum in equitate , non partem : quia non partem emit : totum judicare habet , quia pro toto pretium dedit.* Ergo omnes judicandi sunt , quia omnes sunt redempti. Et Serm. 31. ait : *Sanguis Christi , si vis , datus est pro te ; si nolueris , non est datus pro te ;* id est , si benè uteris salvus eris : igitur & reprobis profuit sanguis Christi : quia per ejus merita obtinuerunt auxilia sufficientia , quibus possent salutem consequi ad arbitrium suæ voluntatis : quod magnum privilegium est ; Non profuit reprobis , quatenùs ipsis non communicatur gratia efficax , seu quatenùs ipsi noluerunt cooperari gratiæ ex meritis Christi collatæ , qua possent , & præcepta servare , & salutem obtinere.

§. XV.

NOVATORUM VERSIONES , ET EFFUGIA  
enervantur.

**S**cripturæ , & SS. Patrum testimonia intelligenda sunt , ait Jansenius , de Redemptione pro omnibus , quoad sufficientiam ; non verò efficientèr , seu quoad efficaciam. Sufficientèr : quia sufficiens pretium obtullit pro redimendis omnibus , non efficientèr : quia non omnibus voluit applicare Redemptionem , cui conformitèr dicere solent Scholastici : Christum omnes redemisse *sufficientèr* , sed non *efficientèr*.

Calvinistæ hanc distinctionem sufficientiæ , & efficientiæ usurpant à DD. Scholasticis , at illa subdole abutuntur specioso fuce doctrinæ , apud Theologos communitèr receptæ , sed inani- bus præstigijs , lectores ludificantur. DD. Catholici , dum cum Apost. asserunt , Christum D. pro omnibus hominibus se dedisse Redemptionem , quoad *sufficientiam* , non tantùm significant

me-



merita Christi sufficientia esse ad omnium Redemptionem , sed affirmant ex meritis Christi omnibus præparari , & conferri media sufficientia ad salutem , pro quibus obtinendis Christus D. sua merita obtulit : quod negant Novatores , qui fatentur sufficientiam pretij pro redimendis omnibus ; negant verò fuisse pro omnibus oblatum.

Itaque præjecta distinctione tantum significant merita Christi , utpotè infiniti valoris abundè suffecisse pro redimendis prorsus omnibus hominibus , dummodò Christus pro salute omnium voluisset offerre , sed noluit , nisi pro salute Æterna Prædestinatorum , ut Jansenius tenet , & pro temporanea fidelium justitia , ut addit Noris. Verùm si ad tenendam hujus articuli fidem sufficit enunciatum sensum amplecti , nullus hæreticorum jure damnatus fuit , siquidem fatentur omnes Christi merita , utpotè pretij infiniti suffecisse non solum pro redimendis omnibus hominibus , sed etiam , ut Jansenius ait , pro redimendis Dæmonibus ; attamen cum hæc sufficientia reperta in meritis Christi non sufficiat , ut Christus verè dicatur Dæmonum Redemptor , nec sufficiens hæc tantum est , ut asseratur vi illius Christum esse Redemptorem omnium hominum. Quo pacto captivorum Redemptor dicetur Princeps , ex eo quod Thesauris abundet , si pretium pro redemptione offerre nolit?

Dices : Christum mortuum esse pro extinguendo peccato originali , quod non in Dæmonibus repertum est , sed tantum in hominibus : itaque respexit causam hominibus communem. Sed contra : hoc nihil est nisi verba fundere : Quæro : An Christus fuerit Redemptor in abstractione Logica. An intentio Christi respexerit peccatum originale in confusso ? Minimè : Illud quidem respexit , prout in omnibus , & singulis hominibus reperitur (excepta SS. Deipara) Quid ergo indè solatij miseris infidelibus , aut subsidij est , ob quod ipsi teneantur agnoscere Christum Redemptorem suum , si Christus eos omnes in mente sua distinctissimè concipiens , ipsos excluserit ? Quomodò peccatum originale extinguere voluit in illis , quibus numquam obtigit , ex illa infinita sufficientia , nec justificatio , nec auxilium sufficiens ad justificationem ? Profectò , infideles in sua cœcitate decedentes , juxta Novatorum doctrinam , nihil plus à Christo receperunt , quam Dæmones : Nec benignioris voluntatis habuit erga illos , quam erga Dæmones Redemptor.

Validior , sicuti Quenello , Norisio , & Novatoribus elabendi spes



spes ponitur in illo Conc. Trident. Sess. 6. cap. 3. *Verum & si ille pro omnibus mortuus est, non tamen omnes beneficium mortis ejus recipiunt, sed ij dumtaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur.* Ex quo (ajunt) satis intelligitur, quomodò Christus dici potest omnium Redemptor, etiam eorum, qui nullum à morte ejus beneficium, sivè auxilium receperunt, ut sunt parvuli sine Baptismo decedentes, & qui eis comparantur, videlicèt, perpetuo amentes.

Resp. Hoc argumento utuntur Jansenistę ad probandum non dari gratiam sufficientem; His tamen verbis ostendit Concilium adversus Jansenium, Christi mortem non solum oblatam esse pro electis, sed etiam pro reprobis, qui beneficium mortis ejus non recipiunt, quia nolunt; & ideò illis non communicatur. Itaque Tridentinum non agit hìc de auxilijs gratię actualis, sed de gratia justificante, quę absolutè, & strictè beneficium mortis Christi appellatur. Hic passionis fructus, & si Christus pro omnibus mortuus sit, non ab omnibus recipitur, & de hac communicatione agit hic Concilium, ut indicat titulus capituli: *Qui per Christum justificantur.* Et subnectit Conc. *Nisi in Christo renascerentur nunquam justificarentur: cum ea renascentia per merita passionis ejus, gratia, qua justii fiant illis tribuatur.* Neque in reliquo capituli ulla fit aperta mentio gratiarum actualium.

Quoad parvulos satis inter Theologos agitata est quæst. nec animus est eorum cogitationes aut probare, aut refellere: indicare sat erit, ut Scripturarum dogma, & SS. Patrum testimonia, quę sine ulla exceptione parvulos paritèr comprehendunt. *Nunquid parvuli homines non sunt, ut non pertineant ad id, quod dicitur: Vult omnes homines salvos fieri.* Sic August. lib. 4. cap. 8. contra Julian. Scopus Apostoli est: pro omnibus orandum: Quia Christus pro omnibus mortuus est: ergo sententia Apostoli ad parvulos etiam pertinet.

Parvulis Deus, ut cum D. Prospero opinantur nonnulli, remedia providit dependentèr à voluntate, & pijs orationibus Parentum, quibus inspirationes confert, ut pro eis orent ad salutem, & si illi responderent, non morerentur absque Baptismo parvuli. Sic lib. 2. de Vocat. gent. cap. 2. *Non irrelligiosè arbitror credi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper universis est impensa nationibus, qua utique si benè uterentur parentes, etiam ipsi per eos judarentur.* Consequenter dicunt: Deum velle parvulorum salutem, si & ipsi velint,

non



non propria voluntate, sed voluntate Parentum, qui sunt ejus tutores. Dum verò Aug. in contrariam partem inclinat asserens per Deum stare, ne parvuli salutem accipiant intelligendus est de nolitione consequente ad culpam Parentum.

Resp. 2. Sicut officium Redemptoris communis, & universalis, non requirit, ut omnibus concedantur auxilia efficacia, quibus justificatio, & gloria certissimè consequatur; Ita neque ad illud pertinet naturę ordinem immutare, & impedire ne ullus unquam in terris infidelium perpetua laboret amentia, nevé ullus in utero Matris moriatur parvulus absque Baptismo; satis est, si ex Salvatoris meritis singulis remedia, cuilibet statui accommodata, præparentur; adultis, qui capaces sunt, illustrationes, & inspirationes, quibus justitiam, & salutem consequi valeant, si velint. Parvulis Baptismum, quem cupit omnibus obvenire, in Orbem terræ mittens Apostolicos viros, plures ad hoc vocans, & omnibus jubens pro omnium salute sollicitare Deum.

Expeditiior via videtur: Christum Dominum seipsum dedisse Redemptionem pro parvulis, vereque orasse pro eorum salute, inefficacitèr tamen, & conditionatè, sicut oravit pro sua vita temporali, dicens: *Transseat à me calix iste, verumtamen non quod ego volo, sed quod tu.* Itaque in hypothesi, quod sic oraverit Christus pro parvulorum salute, optimè salvatur, quod voluntate sincerissima, & seria voluerit parvulis applicari Baptismum, offerendo suum sanguinem pro parvulorum salute, dependentèr tamen à beneplacito Patris. Dicitque similiter, potest Deum serio voluisse parvulorum salutem inefficacitèr, & conditionatè, videlicèt sub conditione, quod Christus peteret pro eis efficacitèr, & absolutè, quod erga Dæmones dici non potest.

HISTORIA PELAGIANA. Lib. 1. cap. 23. col. 224.

§. XVI.

DEUS JUBET QUANDOQUE QUOD NON  
possumus.

**H**ominum nemo usque adeò Tyrannus fuit, ut legem imponeret ijs, qui eam observare non possent, & pœnas exigeret, si impleta non sint: quam iniquitatem auget, si media adimplendum præcepta necessaria, in solius præcipientis sint po-

N

tes



testate, & tamen ea dare nolit. Qua ergo æquitatis specie Deo justissimo, & optimo hæc adscribi possunt? Nihilominus Augustino adscribit, & cum Jansenio profert.

## NORIS.

*Deus jubet quandoque quod non possumus, ut ab eo noverimus quid petamus.*

## JANSENIUS.

*Jubet Deus quæ non possumus, ut noverimus, quod ab eo petere debeamus. Lib. 2. Inst. cap. 5.*

## JANSENIUS.

*Illæ impotentia non solum reperitur in excæcatis, & obduratis, sed etiam in fidelibus, non tantum quando nolunt præcepta servare; sed etiam quando volunt. Tom. 3. lib. 3. cap. 13.*

## JANSENIUS.

*Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundum præsentem, quas habent vires, impossibilia. Damnata ut hæretica.*

## QUENELLUS. Prop. 4.

*Ita Domine, omnia possibilia sunt ei, cui omnia possibilia facit. Damnata, ut suspecta de hæresi Janseniana.*

## LUTHERUS.

*Tot Scripturæ testimonia probant mandatum esse impossibile nobis, ut nihil manifestius. In Confut. Latomianæ.*

## CALVINUS.

*Sit extra controversiam impossibile esse in hac carne legis implementum. Lib. 2. Inst. cap. 7.*

## LUTHERUS.

*Impossibile est humanam naturam implere legem. Epist. ad Galat. cap. 4.*

## LUTHERUS.

*Pessima facis, quod negas Salvatorem impossibilia jussisse: non possumus in hac vita præcepta Dei implere. In Resp. ad Dial. Sylves.*

## MELANCTHON.

*Extrema impietas est sentire, quod Decalogo ita satisfaciant, ut merita supersint: cum hæc præcepta omnes Sanctos accusent: Diliges Deum. Non concupisces.*

En ex quibus Jansenius hausit errorem istum, non ex Augustino, ut opinatur Noris, cum Scripturæ, & SS. PP. illi aperitissimè repugnent.

Deuter. 30. v. 11. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum, sed juxta te est sermo valde in ore tuo, & corde tuo, ut facias illud.*

I. Joan.



1. Joan. 5. v. 3. Mandata illius gravia non sunt.

Luc. 19. v. 21. Regnum Dei intra vos est.

Math. 11. v. 28. Iugum meum suave est, & onus leve.

Concil. Trident. sess. 6. cap. 11. Nemo temeraria illa, & à Patribus sub anathemate prohibita voce uti debet. Dei præcepta homini justificato esse ad observandum impossibilia. Et can. 18.

Augustinus Serm. 191. de Temp. Execramur blasphemiam eorum, qui dicunt aliquid homini à Deo esse præceptum, & mandata Dei non à singulis, sed ab omnibus in communi posse servari.

Lib. de Nat. & Grat. cap. 69. ait: Firmissimè creditur Deum justum, & bonam, impossibilia non potuisse præcipere. Hinc admone-mur, & in facilibus quid agamus, & in difficilioribus, quid petamus.

Serm. 61. de Temp. Nec impossibile aliquid potuit imperare, qui justus est.

Lib. 2. de Peccat. Merit. & Remis. cap. 3. Quasi nostrum hoc nullus ignoret, quod si nolumus non peccemus: nec præciperet Deus homini, quod esset humanæ impossibile voluntati.

Lib. 1. de Genes. adv. Manich. Qui se ad ejus præcepta servanda convertunt, quod omnes homines possunt si velint. Hoc asserere de Pelagianismo accusat Jansenius, & communiter Novatores. Sed qua fronte eorum error adscribitur Augustino, qui adeò expressis terminis præcepta impossibilia rejicit, concludens: Dubitare non possum, nec Deum aliquid impossibile homini præcepisse. De Peccat. Merit. cap. 6.

D. Thom. de Verit. quæst. 24. art. 4. ad 1. Quod præcepit Deus, non est impossibile homini ad observandum.

Hieron. lib. 3. adv. Pelag. Deus possibilia mandavit: hoc nulli dubium est. Et in Matth. 5. ait: Sciendum Christum non impossibilia mandavit, sed perfecta.

Basilius in Orat. Attende tibi. Impium est dicere impossibilia esse spiritus præcepta. Et in Reg. brevi, resp. 176. ait: Sine dubio non præcepisset hoc Deus, qui bonus est, nisi etiam facultatem, qua id faceremus fuisset largitus.

Chrysost. Hom. 16. in Epist. ad Hæb. Non potes dicere: non possum; neque accusare conditorem, si enim impotentes nos fecit, & deinde imperat, culpa ejus est: quomodo ergo dices: multi non possunt: quomodo ergo multi nolunt, si enim voluerint omnes poterunt. Et Homil. 18. in Matth. Ne igitur impossibilia putemus esse præcepta, quæ certè, & utilia nobis sunt, & valde facilia.

Præ-



Præsidium existimant habere Novatores in Tridentino, ubi ait sess. 6. cap. 11. *Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet facere, quod possis, & petere, quod non possis.*

Resp. Dum Conc. ait: Quod debemus petere, quod non possumus, non supponit, ut adversarij fingunt, non adesse nobis sufficientiam physicam, sed sufficientiam moralem, quam petere debemus: quia sine illa ob magnam difficultatem communiter, dicitur impossibilis adimpletio præcepti, ut benè notavit D. Thom. 3. p. q. 86. ad 2. *Dici solet absolutè impossibile, quod sine magna difficultate impleri non potest.* Sic ad Heb. 6. dicitur: *Impossibile est eos, qui semel illuminati, & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam,* quod nequit intelligi de Impotentia Physica, sed tantùm de Morali. Et August. lib. de Nat. & Grat. cap. 69. ait: *Hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilioribus quid petamus.* Nos igitur gaudemus semper sufficientia physica ad observandum præcepta: si enim illa deesset, nullatenus in non observatione peccaremus: quia nemo peccat in eo, quod vitare non potest. Nemo igitur peccat sine gratia sufficienti ad non peccandum.

Si tamen à Jansenio inquiras: quomodò peccant homines violando præceptum, quod implere non possunt? Interdum respondet: Possè hominem, dum vires non habet adimplendum præceptum, illud servare remotissimè: *per solam liberi arbitrij flexibilis facultatem ad bonum, & malum,* in quo tantùm significat radicalem voluntatis flexibilitatem, quæ remanet etiam, dum voluntati adjungitur necessitas simpliciter antecedens. Quandoque usurpatis dolose terminis, ait: Possè remotè, sed revera tantùm admittit potentiam quandam conditionatam, nempe: Si vires ad orandum dentur à Deo, etsi oratione exaudita conferantur à Deo vires ad observandum præceptum: quæ potestas, ut supra insinuavimus, similis est potestati, quam Jansenius habet ad volandum, si à Deo ipsi conferantur alæ. Si verò insistas: An peccet homo dum vires, seu delectationem victricem ad orandum non habet? Tunc respondet, peccatum haberi *in causa,* nempe in peccato Adæ, cum in illo peccaverimus, & contraxerimus formitem peccati, & carnalem concupiscentiam, qua determinamur ad malum, cum potuerimus non peccare in Adamo, & sic vitare hoc peccatum in causa, licèt nunc deficient vires ad non peccandum; in quo infra simul cum Norisio, qui negat in statu naturæ lapsæ libertatem ad bonum, convincetur.



## §. XVII.

*PECCATO ADÆ LIBERUM ARBITRIUM NON PERIIT,  
sed libertas ad faciendum bonum, quæ sola servatoris  
gratia restituitur.*

**J**anseniana, atque Bajana dogmata, nusquam non diffundere contendit Noris. Admittit quidem in statu naturæ lapsæ liberum arbitrium, negat verò libertatem ad faciendum bonum, sine servatoris gratia. Si verò scire velis, quænam ista speciosa distinctio sit, inter liberum arbitrium, & libertatem? Seu quo pacto deficiente libertate permanet liberum arbitrium? Rejcto terminorum involucre paucis accipe: Quia non periit libertas à coactione, sed dumtaxat libertas indifferentiæ, quæ minimè requiritur, ut voluntas libera dicatur: *Omnis omninò voluntas, quantumcumque ad unum determinata, nulla tali necessitate, qua dicitur: necessè esse, ut velit, desinit esse libera.* Jansen. tom. 3. lib. 6. cap. 6. *Quod sola necessitas coactionis adimat libertatem demonstrari potest, ibidem.*

Neutiquam negabit Noris post peccatum remansisse libertatem à coactione, quam nec Calvinus, nec Jansenius negant in statu naturæ lapsæ, sed tantùm libertatem indifferentiæ, quam post peccatum periisse contendunt libertatis hostes. Contra quos fide certa tenendum est, etiam post lapsum superesse naturalem facultatem liberam, quæ requirit in potentia indifferentiam ad agendum, & non agendum positis, jam omnibus ad agendum prærequisitis. Undè hi articuli proscripti sunt ab Ecclesia: *Sola violentia repugnat libertati. Quod voluntariè fit, etiam si necessario fiat, liberè tamen fit.* Profectò si ea, quæ fuit ante lapsum in Adamo arbitrij flexibilitas in utramque partem, in nos transfusa non est (licèt diminuta) ut vi illius sit potestas indifferens ad agendum, & non agendum, extincta penitùs in nobis erit libertas, prout contendit Calvinus, Lutherus, Bucerus, & communiter Sectarij; quid enim amplius requiritur, ut sublata sit humani arbitrij libertas, quam, ut nulla sit indifferentia ad agendum. Solus enim actus ille dicitur liber, quem voluntas positis omnibus ad agendum, vel non agendum efficere, vel non effi-



cerè potest. Ex mente Conciliorum , & Scripturarum SS. Patres, tam Græci , quàm Latini , à primo Ecclesiæ exordio , per omnia sæcula , & in primis Augustinus , & ejus discipuli indifferentiam voluntatis ad utrumlibet , expeditam vinculo necessitatis antecedentis , ita cognovere , ut in manu nostra sit eligere , & non eligere , parere Deo , vel non parere , quocumque demùm voluntatem inflectere , collatamque gratiam à nobis negligi. Ergo in Jansenij castra inducitur asserendo,

NORIS.

*Per peccatum perijt libertas ad bonum.*

*eligere , hoc eligere , vel illud bonum. Tom.3. lib. 6. cap. 4.*

JANSENIUS.

*Cum arbitrio in utramque partem libero , conditus est primus homo , sed ex spontanea discretione , illa libertatis indifferentia perijt. Tom.3. lib.7. cap.10.*

JANSENIUS.

*Libertas ad faciendum bonum, & ad abstinendum à malo interijt, & loco libertatis peccandi necessitas consecuta est. Tom.3. lib. 1. cap.4.*

JANSENIUS.

*Nec est umbra ulla in omnibus scriptis Augustini , quod libertatem in eo fieri velit , quod voluntas possit eligere , vel non*

*Recentiores , qui imaginantur illum tantummodò actum esse liberum , quem pro libito positis omnibus ad agendum necessarijs possumus facere , vel non facere , sine dubio falluntur. Tom.3. lib.6. cap. 4.*

### LIBERTATEM INDIFFERENTIÆ EXPUNGIT.

CALVINUS. In Antidoto , sess. 6. ad can. 5. & lib. 2. Instit. cap.2. §.7. cap. 3. §. 5. & lib. 1. cap. 15. §. 18. de Liber. Arb. contra Phygium , lib. 2.

LUTHERUS. In Psalm. resolut. circa conclus. 7. & tom. 3. de Serv. Arbit. Et in Genes. cap. 3.

MELANCTON. In Locis Theolog. Witemberg de Viribus Hominis , & Lib. Arb.

CHAMIERUS. Tom. 3. lib. 2. cap. 8. num. 21. & lib. 2. cap. 4. n. 2.

BUCCERUS. Lib. de Concordia doctrinæ , quibus adhærent cum Wiclefistis , & Quenello refractarij.

JAN-



55  
27  
28

JANSENIUS. *Paradoxon est inauditum in Augustini doctrina, quod actus aliquis voluntatis propterea liber est, quia ab illo desistere voluntas, & non agere possit.* Tom. 3. lib. 6. cap. 4. col. 16.

PETRUS DE LIGNI. *Declaro coram Deo me credere libertatem indifferentiæ in statu naturæ lapsæ non esse nisi chymericam, & purum inventum hominum, & Philosophiæ Pelagianæ reliquias.* In Profes. Fidei, numer. 3.

Arte sibi familiari Jansenistæ volentes, nolentes, sibi servire faciunt Scripturæ, & SS. PP. testimonia, attamen nec ipsa verba, quæ à verò sensu avulsa pro se adducunt ipsis patrocinantur; sed potius adversa sunt. Si aliqua vel obscure loquuntur, vel in specie ipsis favere videntur, ipsdem, vel vicinis locis tam disertè docent libertatem indifferentiæ ad utrumlibet, ut alienis oculis, aut pessima fide pro sua sententia attulisse videantur.

§. XVIII.

*EX SCRIPTURIS, CONCILIIJS, ET PATRIBUS LIBERTAS indifferentiæ firmatur.*

**G**ENESIS 4. v. 7. *Nonne si benè, egeris recipies, si autem male sub te erit appetitus tuus, & tu dominaveris illius.*

DEUTER. 30. v. 19. *Testes invoco Cælum, & terram, quod proposuerim vobis vitam, & mortem, elige ergo vitam, ut tu vivas.*

JOSUE 24. v. 16. *Optio vobis datur eligite hodiè, quod placuerit vobis.*

ECCLES. 15. v. 16. *Si volueris mandata servare, conservabunt te :: ad quod volueris porrige manum tuam: & 31. v. 1. Qui potuit transgredi, & non est transgressus facere mala, & non fecit.*

MATTH. 19. v. 21. *Si vis perfectus esse, vade, & vende quæ habes, & veni sequere me.*

Concil. Trid. Sess. 6. cap. 5. can. 4. *Tangente Deo cor hominis inspirationem illam recipiens abijcere potest. Hic indifferentiam libertatis commendat, & necessitatem excludit. Gratia facultatem adfert ad operandum supernaturalitè, & hominem ad hoc invitat, atq; indifferentiam, quam gratia invenit minimè destruit.*

Can.



Can. 4. *Si quis dixerit : Liberum hominis arbitrium à Deo motum , & excitatum ::: Deo vocanti , & excitanti non posse dissentire si velit. Anathema sit.*

Arausicanum 11. can. 25. *Hoc secundum Catholicam fidem credimus , quod accepta per Baptismum gratia , omnes , quæ ad salutem pertinent , possit , & debeant , si fidelitèr laborare voluerint , adimplere , frustra additur si voluerint , si non datur flexibilitas ad utramque partem.*

Constanciense Sect. 8. damnat art. 27. *Wiclefi dicentis : Omnia de necessitate evenire , & wiclefistæ asserebant : Deum non necessitare ad bonum , necessitate coactionis ; sed tantum necessitate opposita indifferentiæ. Nec isti consequentèr renuunt dicere liberum arbitrium remansisse post peccatum , & libertatem ad bonum perijsse.*

Senovenſe. In Decretis fidei , decreto 15. ait : *Cum reliquerit Deus hominem in manu consilij sui , apposueritque coram eo ignem , & aquam , bonum , & malum , ut ad quodcumque voluerit porrigat manum suam , nec abs re beatus ille dicitur , qui potuit facere , & non fecit , transgredi , & non est transgressus :::: ac denique percurrenti sacram paginam passim obvium sit , quod liberum in utramvis partem hominis arbitrium asseveret.*

Augustinus : *Unusquisque habet in voluntate , aut eligere quæ bona sunt , & esse arbor bona , aut eligere quæ mala sunt , & esse arbor mala. Lib. 2. de Gestis cum fœlice Manich.*

Idem : *In tuo arbitrio possuit Deus , cui pares locum , Deo , an Diabolo. Lib. 5. Hom. hom. 16.*

Idem : *Si natura , vel necessitate iste motus existit , culpabilis esse nullo modo potest. Lib. 3. de Lib. arb. cap. 1.*

Hieronymus : *Hoc est quod tibi in principio dixeram : in nostra esse positum potestate peccare , vel non peccare , vel ad bonum , vel ad malum extendere manum , ut liberum servetur arbitrium. Dialog. 3. contr. Pelag.*

Idem : *Liberi arbitrij nos condidit Deus , neque ad virtutes , neque ad vitia necessitate trahimur , alioquin ubi necessitas est , nec damnatio , nec corona est. Contr. Jovin. cap. 2.*

D. Thom. *Quidam possuerunt , quod voluntas hominis ex necessitate movetur ad aliquid eligendum , nec tamen ponebant , quod voluntas cogeretur , non enim omne necessarium est violentum ::: Hæc autem opinio est hæretica : tollit enim rationem meriti , & demeriti. In Qq. Disp. disp. 6. de Malo.*

Idem:



Idem : In libero arbitrio hoc modo agit Deus , ut virtutem agendi ministret , & ipso operante liberam arbitrium agat ; sed tamen determinatio actionis , & finis in potestate liberi arbitrij constituitur. In 2. dist. 25. art. 1. ad 3.

Ambrosius in Ps. 40. *Homini dedit eligendi arbitrium , quod sequatur : possuit , inquit , ante te bonum , & malum , si malum elegeris , non natura delinquit , sed eligentis affectus.*

Athanasius contra Idola. *Anima libera est : & sui arbitrij , potest enim , ut ad bona se inclinare , ita bona queque ad-versari.*

Cyprian. lib. 3. ad Quirinum ; cap. 1. num. 52.

Cyril. Alexand. lib. 2. in Joan. cap. 54. & lib. 4. cap. 3.

Bernardus in Cant. serm. 81.

Justinus Apolog. ad Imp. Antonin.

Irenæus lib. 4. Adv. hæreses , cap. 9.

Clemens Romanus Epistol. 3. & Apost. Constit. libr. 6. cap. 20.

Tertulian. Exort. ad Castit. cap. 1.

Origen. hom. 4. in Cant. Et quis non SS. PP. Catholicam istam veritatem non firmat.

Augustinus minimè Norisio favet ; imò & iste interpretari tenetur S. Doctorem , dum significat liberam arbitrium per peccatum perijsse. Sic ait Enchirid. 30. *Libero arbitrio male utens homo , & se perdidit , & ipsum :::: Cum libero peccaretur arbitrio , victore peccato , amissum est liberum arbitrium : conciliandus igitur est Augustinus cum Tridentino dicente : Sess. 6. can. 5. Si quis dixerit liberum hominis arbitrium , post Adæ peccatum amissum , & extinctum esse. Anathema sit. Restat ergo dicere : S. D. Nomine liberi arbitrij hinc intellexisse libertatem , illam nempe , quæ post peccatum periit ; non libertatem indifferentiæ , ut meditantur Novatores , sed libertatem à culpa , & à debilitate , quam per peccatum contraximus. Libertas , quam perdidimus consistebat in justitia originali , in donis gratuitis , facilitate , & promptitudine ad operandum bonum : quod explicat de verbis Apostoli , serm. 2. August. dicens : periere per peccatum : Magnæ vires arbitrij , quas homo cum conderetur accepit. Et lib. 1. contra duas Epist. Pelagij , ait : Libertas quidem periit per peccatum , sed illa , quæ in Paradyso fuit habendi plenam cum immortalitate justitiam , propter quod natura indiget gratia.*



Itaque voluntas nostra etiam post peccatum suam retinet naturalem libertatem, qua possit agere, & non agere, eligere bonum, & illud averfari; attamen eam libertatem, qua fiat libera à servitute peccati non consequitur, nisi per Christi gratiam. *Debemus ergo credere: quod per peccatum primi hominis ita inclinatum, & attenuatum fuit liberum arbitrium, ut nulla potentia, aut diligere Deum, prout oportet, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est possit, nisi gratia, & divina misericordia præveniret.* Ut definit Concilium. Sicut ergo Pelagianum est dicere, quod sine gratia habemus libertatem ad aus salutares eliciendos; ita Baij num est asserere, nos sine gratia superna non habere potestatem, nisi ad malum.

Quapropter, si velit Noris, dum ait: *Peccato perijsse libertatem arbitrij, quod nulla potestas remansit ad bonum aliquod ordinis naturalis, sine servatoris gratia, incidit in errores Baij, & Jansenij, quos sequitur Quenellus Prop. 1. Quid aliud remanet animæ, quæ Deum, & ejus gratiam amisit :::: nisi generalis impotentia ad omne opus bonum.* Et Prop. 2. *Jesu-Christi gratia ita necessaria est ad omne bonum, ut absque illa non solum nihil fit, sed nec fieri potest.* Et recudit Prop. 65. Baij. *Non nisi Pelagiano errore potest admitti aliquis usus bonus liberi arbitrij, & gratiæ Dei injuriam facit, qui ita sentit.* Vide huc expectantia, quæ supra rejecimus à §. III.

Neque in subsidium venit Novatorum sententia Rip. qui existimat, in præfenti providentia, quoties oportunitas insurgit ponendi actum virtutis naturalis conferri à Deo auxilium ad eliciendum actum ordinis superioris: procùl enim absunt hujus sententiæ Patroni ab errore impugnato: ipsi enim fatentur post peccatum remansisse liberum arbitrium attenuatum, non verò extinctum: quare casu quo Deus subtraheret gratiam, actus ille evaderet moralitèr virtuosus, cum gratia illa quam meditantur, non requiratur absolutè ex defectu virium in libero arbitrio ad actum moralitèr bonum eliciendum; Quidquid sit an requiratur aliquod auxilium naturalis ordinis, minimè liberum arbitrium elevans.



## LEX REOS FACIT JUBENDO.

**I**Ncludit hæresim Wiclefi, Lutheri, Calvini, Jansenij, & Quenelli, qui ex illo Apost. ad Galat. 3. 19. ait: *Quid igitur lex? Propter transgressiones posita.* Legunt cum Jansenistis Gallix: *Lex ad faciendum Reos, seu prævaricatores posita est: quasi finis legis fuerint ipsæ prævaricationes.* Contra Psal. 5. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu Es.* Et Apost. ad Rom. 8. *Lex ergo peccatum est? absit.*

## JANSENIUS.

*Lex justitiam redditit difficiliorem, & quasi muro interposito impossibilem.* Tom. 3. lib. 1. cap. 8. col. 33.

## JANSENIUS.

*Lex talis hominibus infirmis data, qua peccatis afflicti, gravius adhuc affligerentur.* Tom. 3. lib. 1. cap. 10. col. 41.

## JANSNIUS.

*Non dabatur eis gratia sufficiens implendi, quod jubebatur; multò minus gratia sufficiens ad salutem, sed è contrario talis gratia lationi legis, & Scopo Dei capitalitè repugnabat.* Lib. 3. de Grat. Christi, cap. 5.

## CALVINUS.

*Legem propter transgressiones positam esse docet Apostolus, nempe, ut homines damnationis convictos humiliaret.* Lib. 2. Inst. cap. 7. §. 2.

## LUTHERUS.

*Quo plus conantur homines satisfacere legi, hoc magis transgrediuntur.* Epist. ad Galat. capit. 5.

## LUTHERUS.

*Lex spiritualitè ostendit nobis peccatum, per terrefacit, & humiliat: atque is totus effectus, & proprius legis est.* Ibid. cap. 3.

## QUENELLUS.

Consonat Prop. VI. & VII.

Ex his facilè descendit conclusio à Norisio inducta; quam perperam adscribit Augustino; videlicèt, *legem Reos fa-*



*facere jubendo, quæ licet erronea sit, procedit tamen consequenter, cum statuerit Deum quandoque jubere, quod non possumus.*

Lex igitur Reos non facit; sed libera transgressio legis. Vel enim subditus, cui lex imponitur habet sufficientiam ad eam implendam, vel non? Si primum, non lex Reum facit, sed transgressor ipse Reus efficitur. Si non habet sufficientiam adimplendam legem, implicat esse Reum: quia nemo peccat in eo, quod vitare non potest. *Quis enim peccat (ait Aug.) in eo, quod nullo modo caveri potuit? Peccatur autem; caveri igitur potuit.* Lib. 3. de Lib. arb. cap. 18. & lib. de Duab. animabus, cap. 12. ait: *Dicere Reum teneri quempiam, quia non fecit, quod facere non potuit, summe est iniquitatis, & amentie haud secus, ac insania, & crudelitas foret cœcum miserabilem punire, quia non videt.* Effingunt igitur adversarij Deum, instar Tyranni, legis jugum imposuisse, quod ferre non poterant, eis denegando vires ad illud portandum necessarias. Et cum Scopus Jansenistis sit, sicut Calvinistis, & Lutheranis Augustini verba in reprobum sensum detorquere, oportet S. Doctoris mentem breviter exponere.

Opponunt. 1. August. in Explic. Epist. ad Galat. n. 24. Ubi de Judæis ait: *Illæ, quæ ad bonos mores pertinent implere, omninò non poterant; non autem implet legem, nisi charitas.* Resp. Nec August. dicit, nec salva fide dici potest, quod Augustino adscribitur. S. D. tantùm asserit, illos, qui legem servabant, exterius tantùm, servili metu mortis ab hominibus infligendæ, non posse omninò legem à Deo impositam adimplere, ex motivo, videlicet, purè humano.

Opponunt. 2. August. de Spir. & Lit. cap. 4. *Doctrina quippè illa qua mandatum accepimus continentèr, rectèque vivendi, littera est occidens, nisi adsit spiritus vivificans.* Resp. 1. Hic loquitur August. contra Pelagianos intendens, quod si solùm daretur lex, & doctrina exterior, nos obligans ad salutares operationes; & simul deesset nobis gratia interior spiritus vivificantis, qua adjuti possemus illas elicere, lex potius noceret, & obesset ex defectu sufficientis gratiæ, tunc enim casus, ex tali defectu sufficientiæ ad implendam legem, hæc nos reos inevitabiliter efficeret. Itaque ubi August. ait: *Judæos non potuisse divinæ legis præcepta adimplere, vocavit*

*im,*



*impossibile*, ut passim fit, quod sine magna difficultate implere non potest: quia *sapissimè asserere solemus impossibile nobis esse, quod sine difficultate perficere non valemus.* Ut ait Anselm. de Concor. Grat. & Liber. Arb. cap. 3. Nec aliud dicere potuit August. qui lib. de Fide in Manichæos, cap. 9. ait: *Quis non clamat stultum esse præcepta dare ei, cui liberum non est, quod præcipitur facere, & iniquum esse damnare, cui non fuit potestas jussa adimplere.*

Dum August. innuit legem occidere: quia sine gratia impleri non poterat, non significat deesse gratiam subditis; sed legi: quare aliud est gratiam deesse legi, quod August. fatetur, & aliud gratiam deesse Judæis, quod S. Doctor constantè negat, & in hoc consistit, sive dolum, sive adversariorum inscitia. Gratia deerat legi: quia lex vetus, nec continebat, nec conferebat gratiam, sicut illam includit, & confert, ratione Sacramentorum Lex Evangelica; Deus tamen illis gratiam, qua præcepta adimplere poterant conferebat. Sic disertè August. tract. 3. in Joann. *Lex ergo jubet, dator verò legis misereretur, & adjuvat in eo, quod lex jubet.* Et Tract. 53. in Joan. 12. de Judæis ait: *Non poterant credere: quare autem non poterant credere? Si à me queratur, cito respondeò: quia nolebant.* Et D. Thom. 1. 2. q. 98. art. 2. ad 4. ait: *Dicendum: quod quamvis lex vetus, non sufficeret ad salvandum homines, tamen aderat aliud auxilium à Deo simul hominibus cum lege, per quod salvari poterant, scilicet fides mediatoris, per quam justificati sunt antiqui Patres, sicut etiam nos justificamur.*

Ad textum Apost. in contrarium adductum. Respondet Angelic. Præcept. lect. 7. in cap. 3. ad Galat. dicendo: *Propter transgressiones posita est lex; id est, ad transgressiones cobibendas::: est ergo lex primo data ad reprimendam malitiam.* Exstat demùm contra Adversarios prop. 5. ab Alexand. VIII. damnata. *Pagani, Hæretici, Judæi, alijque hujus generis nullum accipiunt ab eo influxum; adeoque hinc rectè inferes, in illis esse voluntatem inermem, nudam, sine ulla gratia sufficienti.* Paucis habes, cordatissimè Lector, pluribus brevitatis gratia prætermisis, quod promissi, nonnullas nempè Norisianas Theses oppugnatas. Aliæ, expectato verborum sensu, nulli subsunt æquivocationi, nec benigniorem, & ortho-



doxam possunt admittere interpretationem ; si tamen alia  
 æquivocæ ( quæ ideò *captiosæ* , seu *redolentes Jansenismum* ap-  
 pellantur ) appareant , tùm ex doctrinæ connexionem , tùm  
 ex adjunctis ejusdem Authoris assertionibus , sine ulla am-  
 biguitate , earum spiritus , & sensus adeò apertè convinci-  
 tur , ut penitè me fugiat quoniam pacto impartialis ani-  
 mus , & veritatis amor , hæc duo concilare queat : & No-  
 risij memoratas assertiones amplecti , & Apostolicæ Sedis de-  
 creta , & Constitutiones revereri ; vide §.6. à num.5.



t.

31  
32

P. Ignacio Ordoño

Breve insinuacion de los motivos suficientes,  
para prohibir a Noxis, y justificar la  
conducta, y zelo de la  
Inquisicion

de  
España.

Viendo las graves dudas, que se han suscitado sobre la causa  
de Noxis, me encontré con aquellas palabras, con que v.<sup>n</sup> Leon en-  
carecidamente recomienda a los Fieles, que desean profesarse de-  
votos del Señor, la sollicitud, y diligencia, y aplicacion en descubrir,  
y aun delatar a los Hereges: ut autem, dice hablando en  
particular de los Manicheos, in omnibus dilectissimi placeat  
Deo vestra devotio, etiam ad hanc vos hortamur industriam, ut  
Manicheos ubique latentes, vestris Presbyteris publicetis: magna  
est enim pietas prodere latebras impiorum, et ipsum in eis, cui ser-  
viunt Diabolum debellare. Contra istos enim dilectissimi, omnem  
quidem orbem terrarum, et totam undique Ecclesiam decet Fidei  
arma arripere; sed vestra in hoc opere devotio debet excellere....  
non sinamus latere.. cavendi sunt, ne cuiquam noceant, prodendi  
sunt, ne in aliqua Civitatis nostre parte consistant. Vobis, dilecti-  
ssimi, ante Tribunal Domini prodexit quod indicimus, quod  
rogamus. Idando las señas por donde pudiesen venir al cono-  
-cimiento de ellos concluye: Quod ideo vestram volumus scire  
sanctitatem, ut vobis huiusmodi homines, et ex his manifestentur



inditijs, et quorum detecta fuerit simulatio, notati, et prodi ã  
Sanctorum Societate, sacerdotali authoxitate pellantur. No há  
tenido el Mundo Heteres mas disimulados, que los Jansenistas;  
buen testigo es de esta verdad el ultimo, y más reciente de los que se  
han podido descubrir Pasqual Quesnel, que con el disfraz de Jacu-  
lativas devotissimas en la apariencia, vomitó el veneno todo de  
Jansenio, pretendiendo ocultarse en la emboscada de devotas pces,  
para lugar más seguro las armas del otro: Arma aliena  
mouens, que forma precaria celat, que havia visto en Nidio.  
Noris, aunque menos devoto, es más artificioso; sabia muy bien,  
que ya en estos tiempos se dá mas crédito a un Critico, que a un  
devoto. Que la devoción es un disfraz, no solo muy viejo, sino  
que a pecos descuidos, o resquicios se juzga Hypocresia por  
las largas experiencias, que tiene el Mundo de semejantes  
enganos; por eso viste el bello disfraz de Critico Historiador,  
que convida la curiosidad, o buen gusto de los modernos con  
las mas ciertas, y bien averiguadas noticias de la antigüedad:  
a que añade bien vistoso adorno su elegante estilo, y erudicion.  
Para que entre tan galante mascara se pueda mejor encubrir,  
unas veces prueba aquello, que quiere; pero no lo quiere decir:  
dequando, que el tiempo lo diga, o que otros lo promueban: otras  
dice, y afianza en las razones, que le parecen mas fuertes aquello  
mismo, que despues dexa en duda con el escrúpulo de alguna  
razon aparente. Otras prueba una proposicion, que despues ha-  
ce, que la explica en otro, en que no la probó. &c. Con estos, y  
otros muchos artificios, a que tubo reflexion cuidadosa en



sus obras, logró con sus no menos artificiosas, y bien vesti-  
 das apolojias, sino sincerarse del todo, á lo menos no ser descu-  
 bierto. Por tanto me pareció hallarme en las circunstancias,  
 en que habla con tanto peso S. Leon. Y deseoso de tributar á  
 Dios tan devoto obsequio, y animado con la esperanza del premio,  
 que por su Vicario me ofrece, he dedicado quanta industria he  
 podido, en descubrir, y hacer patentes los indicios de Jansenis-  
 mo, que ya otros han notado en Noris, y á que dió no poca  
 fuerza la auctoridad de la Inquisicion de España. Pero sien-  
 do su artificio mucho, y poco el tiempo, que me dexa desemba-  
 razado la precisa tarea de mi ocupacion, me veo precisado á  
 no examinar todo lo que he notado, á no coordinar todo lo  
 que tengo examinado; y aun por mayor brevedad, y claridad  
 dexo no poco de lo mismo, que tengo coordinado: Esta es la  
 causa, por que llamo leve insinuacion á este tratado, para que  
 nadie piense, que no tiene Noris más culpas, que las que  
 aqui se insinuan; sino que tome lo que aqui se dice, como un  
 verbi gratia de lo que hay en la realidad. Divido en tres  
 partes esta obra: En la primera acuso á Noris de grave, y  
 aún impio calumniador de Catholicos, y aún Santos Ca-  
 nonizados, y al mismo tiempo de Historiador apasionado,  
 y favorecedor de los Hereges: en la segunda le acuso de  
 promover doctrinas expressamente condenadas por la Iglesia:  
 Y en la tercera finalmente concluyo justificando á la Inqui-  
 sicion de España sin el más leve motivo de quessa con la  
 de Roma.



Parte primera.

Las Obras de Noris contienen muchas cosas falsas, temerarias, y gravemente injuriosas à Personas, y aún Comunidades Religiosas, à Escritores Catholicos, y aún à Santos canonicos, mostrando al mismo tiempo mucha benignidad con los Hereges à quienes favorece mucho el Autor.

§. 1.º

Graves temerarias, y falsas calumnias, con que injuria à los Santos.

En el Libro 1.º de la Historia Pelagiana, despues, que en el capitulo 1.º tomó por assunto declarar à Origenes Principe de los Pelagianos ( de lo que se puede ver à J. Bruno Neuser cap. 2. de su obra Prodomus Veritatis) en el cap. 2. emplea contra S. Chrysostomo el §. marginal, que empieza interca initio, proponiendole tan eficazmente empeñado en proteger à los Hereges Origenistas, que con su favor pudieron estos respirar de la opression en que se hallaban por el ardiente zelo de los Catholicos, que eficazmente los perseguian, à quienes reprimió el Santo, moviendo contra ellos la persecucion. Y advirtiendonos luego, que el numero de los fieles Catholicos eran Epiphanius, y Theofilo; añade Noris: Chrysostomus cum probè intelligeret, Eudoxiam Augustam Epiphanius, ac

Hecho  
1.º



Theophilo favere publicè è suggestu contra feminarum odia, ra-  
-biemque invecus non obscure Augustam impetere visus est.

Desueate, que S. Chrysostomo, según le pinta Norris, sube al  
pulpito a pronunciar en vez de la palabra de Dios, una fuerte  
invektiva, dictada no del zelo del bien espiritual de sus Ovejas, si  
no de los zelos del favor, que logran con la Emperatriz unos  
ilustres defensores de la Fè: y con tanta imprudencia, que no  
reparaba, podia parecer, que sin reboto zaheria a la Empera-  
triz publicamente con escandalo del auditorio: Quando, más, que  
de una satira, era la Emperatriz acrehedora a un Panegirico.

Y luego para authoiziar tan increíbles calumnias, refiere co-  
mo de S. Jeronimo unas palabras, en que aparece S. Chrysostomo  
flagiciosissimo, y digno de que se le aplique el, Cecidit Babylon.

Pero sin notar, si quiera de paso, que entre las obras de S. Jero-  
nimo hay muchas supuestas, inciertas, y aun algunas de  
Hereges, como noto despues de Erasmo Bellarmino: sin  
insinuar, ni aun levemente, que podia S. Jeronimo no estar  
bien informado de la conducta de S. Chrysostomo, cuya cons-  
tancia, y zelo le granjearon muchos enemigos, y calumnia-

-dores entre las Personas de distincion, y authoidad, como ad-  
vierte el Cardenal Baronio, refiriendo muy diversamente  
que Norris el caso de los Originistas. Finalmente viendo

cierto, como noto Valesio, y despues maestro Vallardi, que las  
tales palabras no son de S. Jeronimo, sino de un enemigo

Capital de S. Chrysostomo, que con todo eso no dice palabra del  
tal sermón, y mucho menos del indigno pretexto, que le



finge Noris; quien ya que tubo tan poco reparo en lo de-  
mas, podia haver reparado en la incoherencia de su ficcion, pues  
en tal caso huviera el Santo declamado contra los favores, y  
no contra los odios de las mugeres. Dexo a la discrecion de  
los Lectores, que ponderen la atrocidad de esta injuria; y solo  
pido, que noten quan presto comienza Noris a desacredi-  
tar a aquellos Padres de la Iglesia, cuyos expresos textos  
no pudiendo exponer Jansenio los recusa en punto de la vo-  
luntad, que enseñan tiene Dios de salvar a todos.

Hecho 2.º... En el Libro 2. de la misma Historia

casi no tiene otro asunto, que hacer Semipelagianos de Pse-  
sson a S. Casiano, a S. Hilario Arelatense, a quien tra-  
ta de Crispho de ellos; a S. Vincencio Lirenense, aun en el com-  
-minatorio a S. Honorato Masilliense, a S. Fausto, a S. Ce-  
-sario, Pennadio, Arnobio, Prospero Firo &c. y en general a  
los mas de los Obispos de la Francia, y especialmente en las  
Provincias Lugdunense, Narbonense &c. item al Monaste-  
-rio de S. Honorato, que fue especialmente en aquel tiempo teni-  
-do en gran veneracion, como el mismo Noris confiesa, y un  
Relicario de Santos, segun Baxrales; y finalmente a quanto  
en el siglo quinto, y mas adelante impugnaron la Heterogia  
Predestinaciona, o hicieron de ella mencion. Todo lo qual prueba  
mas latamente J. Bruno Neusser par. 1.º cap. 9.º y 10.º de  
su obra intitulada Prodrromus Helitaris. No lo niega Noris,  
antes se ratifica en su dicho en la tercera par. de sextacion  
apologetica contra los escrúpulos de un Anonimo; la qual se



halla en el Tomo 3.º desde la columna 213 // según la impresión de Verona, que es la que yo sigo.

Però responde, que ya el adverte, como los Serripelagianos no fueron hereges hasta de halli, à cien años, en que la Iglesia definió este punto en el Concilio 2.º de Orange; y que aunque es verdad, que impugna à los que les pretenden escusar por razon de la ignorancia invencible, pero que esto lo hace por ver, que aquel recurso no há lugar en este caso; ni es tampoco necesario, pues no havia ley ninguna Ecclesiastica que les obligase à deponer su herege, en el que incurrieron por ignorancia inculpable, aunque no invencible. Y que esta es la via mas segura, y expedita para defendeles de Heregia, aún de los Authores Catholicos, que son de summa opinion, de quienes amontona muchos testimonios para confirmarla, en vez de ~~retro~~ <sup>retro</sup>starla.

Resp.  
de Noxi

Tan artificiosamente viste su apologia, para dis-  
frazar su desacato, que podrá deslumbrar à qualquiera, y per-  
suadirle, que jamas hace el papel de Defensor de los Santos  
<sup>sino</sup> que de su propria honra, y persona. Pero facilmente se le qui-  
ta la mascara, si se repara, que el mismo sabia muy bien  
quan indecoroso era el Serripelagian.<sup>mo</sup> aún antes del Conci-  
lio de Orange, y especialmente como Noxi le describe, y  
como pinta à sus Defensores. Lo primero por que en el cap.  
2.º del Appendice à la historia Pelag., que está en el Tom. 1.  
despues de la dissertacion sobre la 3.ª Synodo en el S.  
Hic Scriptor dicit: que Guesnario intento purgar de esta

Nota, y  
impugna-  
cion.



nota à S.<sup>n</sup> Casiano, viendo quantum nitore amitteret, si  
cum Semipelagianis censeretur. Venel Lib. 2. del mismo  
historia cap. 2. hace escrupulo aún de sospecharlo de tres Mon-  
jes, que segun Voris se criaron entre Semipelagianos, y vivie-  
ron, y conuersaron pacífica, y amigablemente con ellos: Turpe  
enim est, confessa, Sanctos illos Viros, quorum errata nullo  
certo testimonio constant, in depravate sententię suspicionem  
vocare. Lo segundo no ignoraba Voris, que era un error  
contrario à la sagrada Escritura, como lo dixo despues el mismo  
Concilio, y antes se lo avisó encarecidissimamente S.<sup>n</sup> Agustin  
que la verdad contraria era apertissima demonstratio, en las  
sagradas letras, llamandolas Apostoli evidentissimam inten-  
tionem... liquidissimam veritatem &c. con que no veo como pue-  
da ser inculpable la ignorancia de los que contradecian à la Escri-  
tura, sino era al mismo tiempo invencible: Porque yo no creo  
que la Ley Divina tenga menos eficacia para obligar, à que no  
se le contradiga, que la Ecclesiastica, ni que sea necesaria la Ecle-  
siastica, sino para enseñarnos, que hay aquella Ley Divina,  
que invenciblemente no conosciamos. Pero por no detenerme en las  
voces con que Voris funda lo más de su apologia, claramente  
se infiere, que Voris los hace Hereges en el mismo sentido, à  
lo menos, que fueron hereges, y se llaman assi los Arrianos  
antes del Concilio Niceno: Los Pelagianos antes del Concilio  
Africanos: &c.; por otra parte lo hace no solo temerariamente, co-  
mo veremos despues; sino atribuyendoles este error à pectina-  
cia, à odio, y enemistad contra S.<sup>n</sup> Agustin; luego no se excusa de



la culpa de grave, y temerariamente calumniador de los Santos  
 canonizados. La 3.<sup>a</sup> y principalmente, por que aún antes del Concilio  
 de Orange hubo Bulas Pontificias fulminadas contra dhos herejes:  
 Luego solo estos se podian absolver de herejia en sentencia de los  
 que nieguen al Papa la suficiente authoxidad hasta que se la con-  
 firme el Concilio; y aún en fuerza de la consecuencia se ve Noris  
 obligado a negarlas aún a fuerza de ley, que oblique a procurar,  
 como se debe, encontrar la verdad, que dicen hallarse en la Escri-  
juxta Jansenium Christus non magis pro salute homi-  
num, qui damnantur, mortuus est, quam pro Diaboli salute.  
Hanc hæresim ab Ecclesia damnatam, Augustino tanquam  
Dogma Catholicum contra Semipelagianorum errorem tribuit.  
Sed absit ut Augustinus hæresim pro Catholico Dogma-  
te tenuerit.



20. In eam autem inductus est Jansenius ex malo intellectu, et usu adjutorii quo, et sine quo non. Cum enim in statu naturae lapsae nullum agnoverit adjutorium gratis, nisi quo justi bene operantur, et si praedestinati sunt, perseverant usque in finem; sequitur reprobus, qui caret adjutorio quo perseverent, non potuisse perseverare, adeoque nec salvari; proindeque Christum pro illorum salute non esse mortuum; alioquin haberent ex illius meritis auxilium aliquod per quod juste vivere, et in justitia perseverare possent.

Caput Septimum.

Collatio quaedam ex dictis.

21. Ex dictis patere arbitror tua. Primum Jansenium se ipsam docuisse quinque propositiones ab Ecclesia per Sedem Apostolicam damnatas ut haereticas. Non tamen haereticus fuit, ante mortem, cum editionem librorum suorum Liberto Fromondo Soraniensi Doctori, et Henrico Caleno Canonico Mechliniensi demandasset, testamento suo Reginaldum Langum Capellanum suum admonuit, ut quae scripserat, illis traderet, addens sentire se difficultera aliquid in illis mutari posse. Si tamen Romana Sedes, inquit, mutari aliquid velit, sum obediens Ecclesiae filius. Unde par est credere, si post damnationem quinque propositionum visisset Jansenius, pariter eandem cantaturum fuisse.

22. Patet 2. propositiones illas quinque damnatas ex hoc uno fonte derivari, quod existimaverit Jansenius adjutorium gratis quo eo modo explicatum, quern supra diximus, ita esse necessarium ad bene operandum, et perseverandum in statu naturae lapsae, ut cum illo voluntas humana necessa-  
rio



xiò relit; sine illo, nec relit, nec velle possit. Propterea disimulans hanc esse clarissimam doctrinam Jansenianam, quam sibi apertum esse putavit divinum gratiæ, et prædestinationis mysterium, tum in Angelis, tum in hominibus.

23. Tertio patet nullo modo suffragari Divinum Augustinum doctrinam Jansenii, quantumvis ipse pro viribus nitatur eum in suas partes trahere. Nam cum habeamus claram Apostolicæ Sedis definitionem ab Ecclesiâ ubique acceptam, qua quinque propositiones superius adductæ, in sensu à Jansenio intento hæreticæ pronuntiantur, dubitare non licet eas esse, non solum falsas, sed etiam doctrinam catholicæ contrariam, et hæreticam. Quisquis ergo contendit Augustinianas esse, Augustinum hæreticarum propositionum assertorem, et propugnatores facit. Quanto melius illius honori consulunt, qui eum à tot exactionibus liberare conantur? Quamvis enim interdum contrarius sibi videatur; sapientis tamen lectoris est et veri Augustini discipuli, dicta illius conciliare, atque in eam partem inflectere, quam Catholica tenet Ecclesiâ. Quod si fieri id non potest, fieri tamen potest, quis neget unum Augustino Doctori non Canonico totam Ecclesiam clarè loquentem præponendam esse? Non diffiteor videri Augustinum favere quibusdam in locis Jansenianæ doctrinæ; at in plerisque aliis illi adversari certissimum est. Cuius igitur in hoc apparenti conflictu non trahemus illum in partem Ecclesiæ? Certè in scripturâ sacra non pauca occurrunt, quæ primâ facie inter se pugnant; sed quia veritas una est, quæ pugnantia apparent, in concordiam revocanda, juxta eum sensum quem Ecclesiâ recipit. Pax itaque in Augustini dictis præstandum est.

24. Atque ut hoc apertius ostendatur, quæ utrum Augustinus in eâ sententiâ fuerit, liberum hominis



arbitrium in statu naturae lapsae ita immutatum fuisse, ut nec bene agere, nec in iustitiam permanere possit absque adiutorio gratiae necessitante ad bene operandum? An vero deus saepe hominibus adiutorium gratiae, cum quo possint, si velint, bene operari, tametsi non bene operentur? Primum asserentem defendit Jansenius, putatque ex Augustino clauissimè demonstrari. Fides catholica, praesertim post definitionem Sedis Apostolicae, contrarium docet: Augustinus vero interdum primum videtur adstruere, sepius autem alterum; Nonne satius est, si eum sensisse dicamus id, quod Ecclesia Catholica sentit, quam oppositum, conciliando quicumque ab eo scripta recte fidei specie tenus aduersantur?

25. Sunt quam plurima Sancti Doctoris testimonia, quibus evidentè docet posse hominem vocanti Deo consentire, vel dissentire, vocationem sequi, vel repellere, imò etiam cum trahitur, non necessariò trahi, sed posse quod voluerit facere. Quae certe vera esse non possunt, si adiutorium gratiae imponat humanae voluntati necessitatem. Neum quia longioris esset operis, ac praeter institutum ea omnia loca referre, et singula pro meritis expendere, unum exhibeo ex libro 2º contra litteras Petilianum Cap. 82 Tom. 7. pro cuius intelligentia sciendum est, Petilianum Donatistam, cum obijceret Catholicis, quod per vim, et imperialem legum coactionem Donatistas coegerint ad ejurandum suam sectam, sic in litteris suis publicè datis, questum esse. Dixit Dominus Charitus: Nemo venit ad me, nisi quem Pater attraxerit. Cui autem vos non liberum arbitrium unicuique sequi permittitis? Cum ipse Dominus liberum arbitrium dederit hominibus. Dixit enim: posui ante te bonum, et malum: posui ante te ignem, et aquam, quod volueris elige. Cui respondit Augustinus: si tibi proponam questionem quomodo Deus Pater attrahat ad Filium homines quos



quos in libero dimisit arbitrio, scitassis eam difficile soluturus es. Quomodo enim attrahit, si dimittit, ut quis quod voluerit eligat? Et tamen utrumque verum est. Sed intellectu hoc penetrare pauci valent. Ecce verum est secundum Augustinum, et quod Deus per adiutorium gratiæ homines attrahit, et quod nihilominus dimittit, ut quis quod voluerit eligat. Si autem homines cum trahuntur à Deo, necessario illum sequentur, non possent eligere, quod vellent: ubi enim est necessitas ad unum, non est electio, nec potestas eligendi; ut quia Beati necessario Deum amant, non possunt eligere inter amorem, et non amorem. Si ergo adiutorium gratiæ necessitat voluntatem, ut velit, non potest ipsa eligere, ut non velit. Non conciliavit igitur Augustinus gratiam cum libero arbitrio, per hoc quod gratia facit velle, non cogendo voluntatem, (sic enim non esset intellectu difficilis concordia gratiæ cum libero arbitrio, ut Sanctus Doctor ait) sed necessitatem omnem excludendo, ut libera maneat electio.

26. Hanc esse illius mentem perspicue colligitur, ex toto discursu, et responsione ad Petilianum. Invebat enim ille, quod non relinqueretur suæ sectæ hominibus liberum arbitrium eligendi quod vellent, cum Deus Patet ita homines attrahat ad Filium, ut eis relinquat liberum arbitrium eligendi quod velint. Cui respondet Augustinus, verum quidem id esse: sed similiter cum per legum coactionem illi admoneantur, non auferantur ipsis liberum arbitrium; sicut ergo fieri potest, inquit, ut quos in libero dimisit arbitrio, attrahat tamen ad Filium Patet, sic fieri potest ut earum legum coactionibus admoneantur, non auferant liberum arbitrium. Certum est autem homines nullam per leges subire necessitatem ad faciendum quod præcipitur, cum sæpissime non obediunt legibus. Nullam igitur subeunt necessitatem



cessitatem homines cum à Deo Patre trahuntur ad Filium. Quamvis enim nemo veniat, nisi tractus; multi tamen trahi non se simulant, et illi qui tracti veniunt, non ex necessitate veniunt, sed quia ita vocati sunt; quomodo scit Deus eis congruere, ut vocantem, et trahentem non respiciant; ut ait idem Augustinus Libro 1. ad Simplicianum quest. 2. cujus miseretur Deus, sic eum vocat quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respiciat. Ubi non est sermo de scientiâ visionis, quæ est posterior vocatione, neque de scientiâ simplicis intelligentiæ, quæ non est de contingentibus, sed de scientiâ conditionatâ, quam mediâ vocant, quâ novit Deus simili vocatione homo vocetur, eum vocationi consensurum, quæ ideo dicitur efficax, et congrua. Esse autem aliam vocationem cui resistitur docet expressè loco citato; ait enim: nemo credit non vocatus; sed non omnis credit vocatus: multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Et post multa. illi electi, qui congruenter vocati: illi autem qui non congruebant, neque contempserant vocationi, non electi, quia non secuti, quamvis vocati. Datur ergo aliqua vocatio, quam homo non sequitur, cum sequi posset; et qui non eligitur, ideo non eligitur, quia non est secutus vocationem, quam sequi poterat.

27. Libros quidem duos ad Simplicianum scripsit Augustinus initio Episcopatus ante natam hæresim Pelagianam; nihil tamen ex iis unquam retractavit; quinimo Libro 2. retractat. Cap. 1, et Libro de Bono persever. Cap. 20, et 21 doctrinam de gratiâ ibi traditam commendat. Et Libro de Predestinatione sanctorum Cap. 1 remittit Massilienses ad illam questionem secundam, quam retulimus, si veram de gratiâ doctrinam intelligere velint. Habet quidem ibi aliqua, quæ non ex proprio sensu, sed disputando, et inquirendo tradit, ut explicet locum illum Apostoli, non est volentis, neque cuarentis, sed miserantis Dei, ad Rom. 9. Ad extremum tamen con-



concludit, in hoc sitam esse Dei misericordiam erga eos, quorum miseretur, non ut eos rocet, et ipsi consentiant; sed ut eos ita rocet quomodo norit eis aptum esse, ut sequantur rocationem. Quod ita declarat, ut quoniam unus sic, alius autem sic movetur, eademque res alio modo dicta movet, alio modo dicta non movet, Deus pro infinita sua scientia norit quomodo quisque rocandus sit, ut rocationem libere sequatur; quemadmodum etiam norit, quod si aliter rocaetur, non illam sequetur. Norit igitur Deus duplicem esse rocationem, unam, quam si dederit, homo libere consentiet: alteram, quam si dederit, non consentiet. Prima est efficax, secunda pure sufficiens; neutra necessitat voluntatem. Per unam suadetur, et persuadetur; per alteram suadetur, sed non persuadetur. Cuius autem diverso isto modo Deus homines rocet, profunda questio est de qua Sanctus Augustinus Libro de Spiritu, et Litera Cap 39 sic ait: jam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coactet, cui illi ita suadeatur, ut persuadetur; illi autem non ita, duo sola occurrunt interim quae respondere mihi placeat; O altitudo divitiarum; et nunquid iniquitas apud Deum? cuius responsio illa displicet, quiaat doctioris, sed caveat ne inveniat presumptores. Hinc manifestum est non omnes, qui rocantur a Deo per internam suasionem, efficaciter moveri, quia ita eis suadetur interne, ut non persuadetur. Datur ergo rocatio interna secundum Augustinum, cui resistitur. Illa autem cui consensus adhibetur, non inferat necessitatem voluntati; ait enim loco proxime citato: Deum quidem in nobis agere, ut velimus, et credamus; sed consentire, vel dissentire propriam voluntatis esse; utique dissentire illi rocationi cui consentimus, ut patet ex sequentibus verbis, ipsum velle credere Deus operatur in homine, et in omnibus misericordia ejus prevenit nos: non consentire autem rocationi,  
vel



vel ab eâ dissentire, sicut dixi, propriâ voluntatis est. Adveritat pui-  
dens Lecta Deum non ita in nobis operari velle credere (et idem  
est de omnibus alijs actibus bonis) ut non relinquat nobis libera-  
tatem, ac potestatem ad dissentiendum vocationi cui consenti-  
mus. Quod si dicatur nos posse dissentire alteri vocationi, non  
illi cui consentimus, falsum id quidem est, semper tamen ve-  
rum exit dari aliquam vocationem, cui homo dissentire possit,  
si velit, id quod Jansenius negat.

28. Ex his clarè intelligitur in eo cum Ecclesiâ Ca-  
tholicâ convenire Sanctum Augustinum, ut deus duplicis gene-  
ris adiutorium, etiam in statu naturæ lapsæ, unum, cui homo  
consentit, alterum, cui dissentit, atque ita non omne adiutorium  
gratis, imò nullum imponere voluntati necessitatem, neque ad  
consentendum, neque ad dissentendum: sicque nullam ex quin-  
que Jansenianis propositionibus esse de mente Augustini; quia  
sicut omnes ex pravo intellectu adiutorii sine quo non, et adju-  
torii quo deducuntur, ut ostendimus, nimium quia per adju-  
torium quo malè intelligitur illud quod imperat voluntati ne-  
cessitatem; sic contra si per adiutorium quo intelligitur illud  
quod infallibiliter, non tamen necessariò facit ut velimus, &  
nulla omninò sequitur ex propositionibus damnatis, ut faci-  
le per se quisque animadvertet. Non prima, quia præcepta  
non erunt hominibus impossibilia, si deus illi aliud adiutorium  
per quod possit illa implere, licet culpâ suâ illa non impleat.  
Non secunda, quia cum gratia non imponat voluntati neces-  
sitate, sepe illi resistitur, quando ita suadet, ut non persuadeat,  
ut ex Augustino probavimus. Non tertia, quia ubi non est  
necessitas, est plena libertas ad meritum, et demeritum requisi-  
ta: gratia autem nec cogit, nec necessitatem imponit, sed re-  
linquit ut quisque quod voluerit eligat, ut ex eodem ostensum  
est. Non quarta, quia Semipelagianis nunquam imposuit pro



pro errore quod dicebant gratiam talem esse, cui voluntas possit resistere, vel obtemperare; cum idem ipse dixerit. Non quinta, quia pro illis omnibus mortuus est Christus, quibus gratias meruit, per quas possent salvari, si vellent: multi autem reprobi salvari potuerunt, si voluissent Deum vocantem non contemnere. Unde pro suis crucifixoribus exavit Christus, eosque redemptos fuisse, dixit Augustinus, ipso sanguine, quem fuderunt, cum tamen dubio procul plures ex illis reprobi fuerint.

29. Quid igitur restat, nisi ut quod ante monuimus, illa Augustini dicta, quae his adversari videntur, ita interpretemur, ut Catholicam veritatem non offendant? Iudicet pius, ac prudens Scriptor, huiusque Santissimi Doctoris doctrinae addictus, quis melius de illo mereatur, ac sentiat, an qui propositiones haereticas quinque illi affingit; an qui eum cum Ecclesia Catholica, recte sensisse defendit? Quinque illae propositiones, inquit, non sunt haereticae, cum illas Augustinus docuerit, quem antiqui Pontifices in questionibus de gratia sequendum esse voluerunt, tanquam Ecclesiae Magistrum. Audio, sed qui hoc dicunt, sedem Apostolicam cum se ipsa committunt, antiquiores Pontifices cum recentioribus, Ecclesiam veterem cum nova. Ostendant autem nobis quoniam Pontifices dixerint Augustinum quinque illas propositiones docuisse, et in illis sequendum esse, sicut indubitatum est duos Pontifices Innocentium, et Alexandrum, qui praedecessorum mentem non ignoraverunt, clare, expresse, et sigillatim propositiones illas tanquam haereticas proscriptisse.

### Caput octavum.

Quid per adiutorium sine quo non, et quo intellexerit Augustinus?

30. Cum ex praeva discriminis inter utrumque gratiae adiutorium intelligentia ortae sint haereses illae, quas Apostolica



telica Sedis damnarunt, ut hactenus ostensum est, conabatur pau-  
cis exponere D. Augustini mentem, ne secum ipse pugnae caeda-  
tur. Nam si, ut vidimus, cum Pater attrahit homines, qui veniunt  
ad Filium (quod utique fit per adiutorium quo) in libero dimittit  
illos arbitrio, ut eligant, quod velint, certe non imponit illis neces-  
sitate[m] ut velint, cum electio sit ad utrumlibet; necessitas, ad  
unum. Non igitur adiutorium quo tale est, ut necessitate[m] im-  
ponat voluntati. Sed Augustinum audiamus Libro de Co[m]p[ar]atione  
ne, et Gratia Cap. 12: aliud est adiutorium sine quo aliquid non  
fit; et aliud est adiutorium quo aliquid fit. Nam sine alimen-  
tis non possumus vivere; nec tamen cum adfuerint alimenta,  
eis fit ut vivat, qui mori voluerit. Ergo adiutorium alimen-  
torum est sine quo non fit, non quo fit ut vivamus. At vero  
Beatitudo, quam non habet homo, cum data fuerit, continuo  
fit Beatus, et si data nunquam fuerit, nunquam exit. Qua  
propter hoc adiutorium et quo fit est, et sine quo non fit.  
Discrimen hoc duplicis adiutorii verissimum est, et clarissimè  
ab Augustino explicatum. Circa quod nihilominus observandum  
est, adiutorium quo iterum esse duplex, unum, quo tanquam for-  
ma aliquid fit, ut Beatitudo est forma qua fit aliquis Beatus; al-  
terum, quo efficienter aliquid fit, id est, per causam efficientem; ut  
dies fit per Solis illuminationem: nam continuo fit dies, cum  
Sol mundum illuminat. Augustinus autem posuit exemplum  
adiutorii quo in Beatitudine, quae est forma qua homo fit Bea-  
tus, non quod omne adiutorium quo sit forma rei, quae adju-  
vatur, sed quia evidentissimum est posita forma in subjecto,  
continuo fieri effectum formalem. Exemplum autem sumuntur  
ab iis, quae maxime manifesta sunt. Exaret igitur qui omne  
adiutorium quo putaret formam rei, quae adjuvatur. Nam qua-  
vis adiutorium, quo fit opus bonum, non est forma ipsius boni,  
sed causa efficiens, ut notum est, et probatione non indiget.



31. *Pergit Augustinus, et doctrinam de adiutorio generalis applicat auxiliis gratia. Primo, inquit, homini datum est adiutorium perseverantis, non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Hoc etiam clarum est, quia primus homo non poterat per vias naturales perseverare in statu innocentis, ideo indiguit adiutorio aliquo gratia, cum quo tamen non perseveravit, sed perseverare potuit. Adiutorium ergo illud non fuit quo, sed sine quo non. Et hoc vocant communiter Theologi sufficiens, quod admittit quoque Iansenius: dabat enim vias sufficientes ad perseverandum primo homini; si eo uti voluisset. Prosequitur Augustinus. Nunc vero sanctis in Regnum Dei per gratiam predestinatis, non tantum tale adiutorium perseverantis datur, sed tale, ut eis perseverantia ipsa donetur; non solum ut sine illo dono perseverantes esse non possint; verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Loquitur manifeste Augustinus de adiutorio gratia, quod sanctis, et predestinatis datur, ut se ipsa perseverarent: et non tantum ut perseverare possint. Hoc autem est adiutorium quo, et a Theologis vocatur efficax, quia non solum sine illo non fit opus bonum, sed etiam cum illo semper fit, et infallibiliter; continuo enim ut adest adiutorium efficax, fit opus bonum. Non tamen sequitur quod necessario fiat, ut putat Iansenius. Aliud est enim aliquid necessario fieri; aliud semper, et infallibiliter fieri, ut putat, semper, et infallibiliter fit quod Deus prescivit esse futurum, non tamen necessario fit, alioquin omnia necessario evenirent, et nihil contingenter. In duobus ergo erravit Iansenius contra Augustini mentem. Primum, quod putaverit adiutorium quo necessario trahere consensum voluntatis; deinde, quod nullum aliud adiutorium, nisi quo acciderit in statu naturae lapsae, non advertens Augustinum loqui tantum de adiutorio, quod datur sanctis, et predestinatis,*

ut



ut bene operentur actu, et efficaciter, ex proposito eos salvandi, non autem de adiutorio, quod reprobis datur, ut bene operari possint, si velint.

32. Sed objicit Jansenius, hoc poni discrimen ab Augustino inter Adamum, et reliquos homines, quod illi datum fuit adiutorium sine quo bene agere, et in accepta justitia perseverare non posset, non quo bene ageret, et in justitia perseveraret: nobis autem datur adiutorium quo bene agamus, et perseveremus, nihil autem aliud in statu naturae lapsae datur. Verum Augustinus expressi ac non semel cap. illo 12. de Concept. et Gratia, loqui se ait de Sanctis, ac praedestinatiis, quibus datur adiutorium quo; quia cum adiutorio sine quo non, quale habuit Adamus, nec bene agerent, nec perseverarent. Et cap. 13. statim initio, Hec de his, inquit, loquer, qui praedestinati sunt in Regnum Dei, quorum certus est numerus, ut non addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis: non de his, qui cum annuntiasset, et locutus esset, multiplicati sunt super numerum. Ipsi autem vocati dici possunt, non autem electi; quia non secundum propositum vocati. In his verbis evidentissime distinguit vocationem secundum propositum, quae datur praedestinatiis, et est adiutorium quo, sive gratia efficax, a vocatione, qua reprobi vocantur, quae est adiutorium sine quo non, id est, praesens sufficiens. Cuius autem quibusdam datur adiutorium quo, aliis autem adiutorium sine quo non, inscruabilia sunt iudicia Dei, ut saepe monet Augustinus, praesertim lib. 2 ad Simplicianum quest. 2 ubi sic ait: Et duobus etate jam grandibus impiis, cuius unum vocetur, ut vocantem sequatur; ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur, ut vocantem sequatur, inscruabilia sunt iudicia Dei. Vides in his verbis distinguere duplicem vocationem; unam, quae habet effectum, alteram, quae non habet. Utraque autem Dei gratia est: frustra enim vocaret Deus, si homo non posset vocantem sequi; suavis namque canere iudicium est. Ergo in statu naturae lapsae datur secundum Augustinum duplex



adjutorium, et quo, et sine quo non; primum electis, et predestinatis; alterum reprobus.

33. Si quaeratur cur Adamo, et Angelis, qui ceciderunt, Deus dederit tantum adjutorium sine quo non, hominibus autem predestinatis det adjutorium quo, hanc reddit rationem Sanctus Doctor Cap. 12 citato, quod tales vires habebat primi hominis voluntas, quae sine ullo fuerat instituta peccato, et nihil illi ex se ipsa concupiscentialiter resistebat, ut digne tantae bonitati, et bene vivendi facilitati, perseverandi committeretur arbitrium; Deo quidem presciente quid esset facturus injuste (nempe Adamus) sed simul sciente quid de illo faceret juste. Nunc vero postea quam est illa magna non peccandi merito amissa libertas, etiam majoribus donis adjuvanda remansit infirmitas. Adamus in statu innocentiae plenam, perfectamque libertatem habuit, nulli carnali concupiscentiae obnoxius. Caro enim in illo statu non concupiscebat adversus spiritum, nec spiritus adversus carnem; unde illi magna non peccandi facilitas. Quapropter dedit illi adjutorium Deus, cum quo facile posset, si vellet, in justitiam, quam acceperat, perseverare. Sed cum post peccatum ex Adamo contractum amisissent homines, non quidem liberum arbitrium, sed magnam illam libertatem, hoc est, illam non peccandi facilitatem, ob insurgentes concupiscentiae motus, placuit Deo ex misericordia majoribus donis, nempe adjutoriiis efficacibus illosum infirmitatem adjuvare, quos elegit. Illa tamen adjutoria, licet efficaciam, non inferunt necessitatem voluntati, ut supra ex Augustino probavimus.

34. Dubitari autem non potest, quod si Deo placuisset, Adamo perseverantiae donum dedisset post adjutorium quo, id est, post gratiam efficacem, salva, et illisa ipsius libertate, sicut illud Angelis bonis dedit. Quamvis enim post liberum arbitrium steterint, gratiam tamen adjutum, cadentibus aliis, quis

dicat



dīcat Deo defuisse potestatem, ut eos, qui ceciderunt, à casu præseruaret? Cuius autem hos potius quam illos amplius adiuuaret, nihil habemus quod dicamus, nisi: O altitudo diuinarum sapientiarum, et scientiarum Dei! Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, et investigabiles viæ eius! Quis enim nouit sensum Domini? ad Rom. 9. Textus hic dici non potest defatos fuisse Angelos malos, et primum hominem, ut caderent, iusto Dei iudicio in pœnam alicuius peccati; hanc enim defactionem non meruerant, cum essent iusti; sed cum Deus sit Dominus suorum donorum, placuit illi amplius adiuuare Angelos, qui non ceciderunt; nec tamen aliis facta est ulla iniuria, quia datum est illis quantum satis erat, ut non caderent; culpam autem suam, et propriam voluntate ceciderunt.

35.

At numquid Deus præsciret illorum casum? Procul dubio; id enim Augustinus asserit, Deo præsciente, inquit, quid esset facturus Adamus iniuste, sed simul etiam sciente, quid de illo ipse faceret iuste? Ubi non est sermo de scientia conditionis, que supponebat decretum dandi Adamo adiutorium, cum quo peccaturus erat; sed de scientia conditionata, quam nouerat quid facturus esset Adamus, si tale illi adiutorium daretur: Nam quamuis nosset peccaturum, nihilominus illi dare voluit, quia sciebat quid ipse iuste, et misericorditer facturus esset post Adæ peccatum; nempe quod redempturus esset humanum genus per incarnationem, et Mortem Filii sui. Sciebat quoque peccaturos Angelos malos, si tali auxilio illos præseruaret; sed sciebat quod de illis sumpturus esset iustissimas pœnas, ad ostensionem iustitiæ suæ. Denique sciebat quid facturi essent Angeli boni cum auxilio, quod illis dedit; dare autem illis voluit ex peculiari affectu erga illos, quia sic placitum fuit ante illum. An non licuit illi quod voluit facere? neque alii conueniri iuste poterant; diceretur enim à Domino cuiuslibet illorum, non feci tibi iniuriam, tolle quod tuum est, et uade. Nonne dedi tibi quo poteras beatus esse, si uoluisses, et nolueristi?



Quemadmodum dixit Christus Judicis: Jerusalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti? Mathæi 23. 37. Quis autem negare audeat beatos Angelos Deo speciales debere gratias pro perseverantia, quam acceperunt, quas non debent Angeli, qui non perseveraverunt? sunt enim, ut dixi, in Dei potestate utriusque dare tale adiutorium, quo perseverarent, et utriusque illud negare. Quod autem quibusdam dedit, magnum certe beneficium illis fuit, pro aliis quibus negavit. De simili scientia conditionata, quam novit Deus quid facturi essent homines, si annuntiaretur illis Evangelium, et ad fidem vocarentur, dixerit Augustinus lib. de Predestinatione Sanctorum Cap. 3. ubi ait: Quid verius quam prescisse Christum, qui, et quando, et quibus locis in eum fuerant credituri? addens ideo quibusdam non predicatum fuisse Evangelium, quia presciebantur non credituri, quod non nisi de scientia conditionata intelligi potest.

36. In hominibus post lapsum Adæ non eodem plane modo sexus habet, ut in Angelis. Nam Angeli omnes in justitia conditi fuerant; discrevit tamen aliquos Deus ab aliis pro suo beneplacito, dando illis adiutorium, quo perseverarent, et beati fierent, nullam aliis injuriam factam, aut poenam irrogatam. Et hæc fuit prima discretio omnino gratuita. Secunda vero facta est ex justitia pro bonorum perseverantiam, et malorum casum. At homines post peccatum Adæ nati sunt peccatores, et ex illis conflata est massa quædam damnata; ex qua pro sua misericordia Deus aliquos discrevit, quibus gratiam justificantem, et perseverantiam donavit. Reliquos autem non quidem omnino deseruit, cum pro omnibus mortuus sit, sed tamen non illis contulit adiutorium quo, vel à peccato emergerent, vel in justitiam perseverarent, dando interim illis auxilia, cum quibus perseverare possent, si vellent, ita ut sint inexcusabiles. Hæc fuit prima predestinationum à reprobis discretio: secunda autem fit post peccata utrorumque merita, vel



vel demerita

37. Quod autem in statu naturę lapsę detur hominibus non solum adiutorium quo, sed etiam sine quo non; probant quę cumque adduximus ex Augustino, ubi docet homines gratię Dei resistere, et non semper divinam vocationem sequi. *Pistertia lib. de Concept. et gratiã*, tradit expresse dari quibusdam adiutorium quale datum est Angelis, et primo homini ante lapsum. *Tunc autem, inquit, quibus deest tale adiutorium, iam pœna peccati est: quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum.* Ergo, inquit, admittendum est iuxta Augustinum nunc deesse auxilium sufficiens in pœnam peccati. Quid nũ? Deest enim parvulis omnibus, qui moriuntur ante Baptismum, et hoc in pœnam peccati originalis. Deinde in pœnam peccatorum actualium deest forte nonnullis obduratis. *Pistertia peccatoribus, qui in amentiam incidunt, et amentes moriuntur.* Denique deest pro aliquo tempore multis, qui pœnitentiam distulerunt usque ad mortem; non enim adest illis quolibet vitę momento auxilium sufficiens, ut convertantur; quod de infidelibus proxime verissimum est.

## Caput Nonum.

Explicatur amplius adiutorium sine quo non, et adiutorium quo.

38. Duo ista adiutoria conveniunt inter se in multis, in quibusdam discrepant. Conveniunt primo in eo quod utrumque dat possibilitatem actus boni: differunt, quod adiutorium quo dat insuper actum possibilitatis, id est, unum dat posse velle, et operari; alterum dat ipsum velle, et operari. Conveniunt secundo quod utrumque est quodam modo efficax quantum ex se, quia utrumque dat vires sufficientes, ut fiat actio, si voluntas velit: differunt autem quod per unum voluntas vult, per alterum non vult. Ideo unum



dicitur simplicitate efficax; alterum vero pure sufficiens. Conveniunt  
 textio quod neutrum ledit libertatem, quia utroque posito potest vo-  
 luntas velle, et non velle; quamvis non possit componere dissensum  
 cum adiutorio quo, ut tale est: neque consensum cum adiutorio sine  
quo non, ut tali: sicut posita scientia Dei de peccato futuro, potest  
 homo peccare, et non peccare, quamvis non possit componere nega-  
 tionem peccati cum præsentiâ de peccato. Ratio est, quia scientia  
 Dei supponit peccatum futurum liberè, ideoque non immutat na-  
 turalem modum operandi voluntatis: ita denominatio illa in ad-  
 iutorio quo supponit consensum liberè futurum conditionatè  
 præsens: et denominatio illa in adiutorio sine quo non suppo-  
 nit dissensum liberè futurum. Neque enim denominationes  
 illæ sunt pure intrinsecè in adiutoriis, sed partim extrinsecè pe-  
 titæ à consensu, vel dissensu sub conditione futuris. Ideo conveniunt  
 etiam quarto quod utriusque secundum se considerato potest vo-  
 luntas consentire, vel dissentire. Differunt autem quod se ipsa  
 nunquam consentit adiutorio sine quo non, id est, pure sufficien-  
 ti; semper autem consentit adiutorio quo, sive efficaci.

39. Illa autem adiutoria tripliciter inter se compa-  
 rari possunt secundum propriam eorum entitatem: fieri enim  
 potest ut sint equalia in virtute movendi, vel unum majus altero,  
 vel minus. Sed adiutorium quo semper est majus in ratione bene-  
 ficii, quamvis quandoque sit minus in ratione virtutis. Nam si-  
 cut interdum majori tentationi resistitur, et minori ceditur; ita  
 etiam evenit in adiutorio majoris virtutis non consentiatur, mi-  
 noris obtemperetur. Quia tamen utilius est homini, quod detur  
 ei adiutorium quo, minoris virtutis, quam adiutorium sine quo  
non, majoris; propterea censetur conferri majus beneficium  
 pro illud, quam pro istud. Unde majores Deo debentur gratiæ pro  
 illo adiutorio, quod facit ut faciamus, quam propter illud quod  
 facit tantum ut possimus facere. Neque unquam in orationi-  
 bus



bus hoc postea petimus, sed tantum primum. Plura de his dici possent; sed non est animus longiorum de hac materia disputationem institueret: sufficit mentem nostram breviter innotuisse de istis adiutoriis, male à Jansenio intellectis, unde in magnos errores prolapsus est, in quos etiam Augustinum trahere non exaubuit.

20. <sup>1</sup> Unum tamen explicandum superest ad plenioram Augustiniana doctrina intelligentiam. Nam si adiutorium sine quo non idem est quod sufficiens, et adiutorium quo idem quod efficax; sequitur utrumque pariter inveniri tam in statu naturae integrae, quam lapsae; quod videtur esse contra mentem Augustini. Angeli enim boni habuerunt auxilium efficax, mali sufficiens; quod etiam nunc in hominibus accidit. Negare non possumus in utroque statu inveniri utriusque generis auxilium; idque ex mente Augustini verum putamus; Angelos enim bonos habuisse adiutorium quo perseveraverunt manifestum est, neque id unquam negavit, cum datum illis fuerit ex praescientia perseverantis, sub conditione futurae, ideoque fuerint amplius adjuvi, ut ipse ait lib. 12 de Civitate Dei Cap. 9, ut capite sequenti ostendam.

21. Alia igitur secundum eundem fuit inter utrumque statum differentia, nimirum, quod cum in naturam integram magna esset non peccandi facilitas, ex defectu concupiscentiae, magna erat quoque ad non peccandum libertas: ideoque tam Angeli, quam primus homo, facile poterant cum adiutorio, quod illis datum est, in iustitiam permanere. At nunc in naturam lapsam indigent homines potentiori auxilio, ut possint concupiscentiae resistere, et magnam non peccandi difficultatem superare. Id docet Augustinus lib. de Corrupt. et Gratia Cap. 12. Itaque differentia auxiliorum utriusque status petenda est ex maiori, vel minori virtute eorumdem, propter maiorem, vel minorem indigentiam ortam ex concupiscentia, vel carentia ipsius. Propterea dixit, quod si homini nunc daretur adiutorium simile omnino ei, quod habuit Adamus, id est, non maioris virtutis,



perseverare non posset. Illa autem major virtus auxiliium necessarium in statu naturæ lapsæ, secundum Augustinum, consistit in suavitute quâdam, et delectatione oppositâ motibus concupiscentiæ, quæ illos vincit, quando gratia est efficax, et vincere potest, quando est sufficiens.

### Caput Decimum.

Quid de Prædestinatione, et Reprobatione Angelorum et hominum senserit Jansenius?

22. Prædestinatio secundum D. Augustinum considerari potest, vel respectu finis, qui est æterna Gloria, vel respectu mediæ, quibus Gloria comparatur. De his longè aliter philosophatur Jansenius in Angelis, et primo homine, aliter in hominibus post peccatum Adæ. Docet enim lib. 3 de Gratia Christi Salvatoris Cap. 10, et sequentibus, Angelos, et primum hominem in gratiâ conditos fuisse, omnesque indifferentes accepisse adiutorium gratiæ, sine quo perseverare in illâ non possent, et cum quo possent, si vellent, et Gloriam præmere. Quod quidem adiutorium cum omnibus Angelis, tam bonis, quam malis æquè, ac indifferentes collatum fuerit gratiâ Dei bonitate, non habuit in illis locum electio gratiæ, qua inter se disceperentur; sed tota discretio facta est per meritâ, et perseverantiam bonorum à malis, qui non perseveraverunt. Prædestinavit igitur Deus ad Gloriam Angelos bonos, prævisis eorum meritâ, et perseverantiâ: malos autem reprobavit, et ad poenam æternam destinavit, prævisis eorum casu. Itaque secundum hunc authorem, neque gratia, in quâ conditi sunt Angeli boni, neque adiutorium, quod acceperunt ad perseverandum in eâ, neque ipsa eorum perseverantia, fuerunt effectus prædestinationis, sed potius causa; quia non nisi post hæc omnia prævisa, prædestinavit Deus Angelos bonos ad Gloriam, nec malos reprobavit, nisi prævisis eorum peccato.

23. Eadem ratione disserit de primo homine, ut non fuerit



fuerit prædestinatus ante peccatum per gratiam, in qua conditus est, neque per adiutorium, quod accepit ad permanendum in eâ. Expectavit enim Deus ipsius perseverantiam, quâ, cum caruerit, non utique illum prædestinavit eo modo, quo Angelos bonos, sed alio lenoxè direxerit, quo prædestinati sunt homines ex ipso propagati. Putat itaque Jansenius homines prædestinatos esse, et ad gratiam, et ad gloriam ante prævisa eorum merita, et perseverantiam. Nam quia fuerunt omnes in massâ per peccatum originale damnatâ, placuit Deo quosdam ex illâ seceare, quibus gratiam justificantem, et in ea perseverantiam concederet, indeque gloriam, reliquis in massâ damnationis relictis, ut dicitur Capite sequenti. Nam quia bonus est Deus, potuit quos voluit misericorditer liberare; et quia justus est, juste potuit eos ad poenam destinare. Quæ quidem si sano modo intelligerentur, vera sunt, et Augustini doctrinæ consentanea; sed ut à Jansenio intellecta, longè à veritate, et ab Augustino discrepant.

22. Radix autem, et origo totius erroris est discrimen adiutorii sine quo non, et adiutorii quo male intellectum, ut sæpè monui. Existimavit enim adiutorium quo trahere necessarium consensum voluntatis ad bonum, et ad perseverantiam, et ideo non fuisse datum Angelis bonis, quia per liberum arbitrium perseveraverunt; ideoque perseverantiam non fuisse illis donum speciale. In statu vero naturæ lapsæ, nullum dari adiutorium gratiæ hominibus, nisi quo credunt, quo bene operantur, et quo perseverant, et quidem necessarium, et inevitabilem; ideoque omnia eorum merita esse specialia Dei dona, quæ gratuita prædestinatis conceduntur ex intentione dandi illis gloriam; justè autem reprobis denegantur propter originale peccatum. Unde prædestinatio in illis est gratuita, tum ad gratiam, tum ad gloriam; in his autem reprobatio iuxta propter peccatum originis.

25. Quod attinet ad Angelos bonos, non video quâ ratione



tione negari possit perseverantiam fuisse in illis donum speciale. Nam tametsi per liberum arbitrium perseveraverunt, non tamen id fuit sine auxilio gratiæ specialis, quod non habuerunt ii qui non perseveraverunt. Præscivit enim Deus antequam daret omnibus, et singulis adiutorium ad perseverandum, quænam perseveraturi essent, quænam defecturi, ut in Cap. 8 ex Augustino probatum est. Quod ergo quibusdam dedit adiutorium tale, quod præsciebat habiturum perseverantiam, fuit sanè beneficium speciale, pro quo debuerunt illi gratias agere. Cui enim negabimus Deum ex affectu speciali illud contulisse? Cum bona, quæ largitur suis creaturis, non casu, et temerè, sed ex destinata voluntate illis tribuat.

26. Ita sensisse D. Augustinum mihi persuades lib. 12 de Civitate Dei cap. 9, in quo subtilissimè discussit de bonâ, et malâ Angelorum voluntate. Cum enim statuisset malæ voluntatis eorum nullam fuisse causam efficientem, bonæ voluntatis aliquam assignari debere, et hanc Deum esse probat hoc argumento. Bona Angelorum voluntas facta est, cum eterna non fuerit. Igitur vel à Deo facta est, vel ab ipsis: si ab ipsis, meliores à se ipsis, quàm à Deo facti sunt, quod absit. Igitur à Deo facta est. Vides distingui posse duplicem in Angelis bonis bonam voluntatem; unam, in quâ conditi sunt, et hanc à Deo esse, fuisse quoque in Angelis malis; alteram, per quam in acceptâ primâ permanserunt, et hanc ab ipsis esse. Hinc tamen sequitur meliores à se ipsis, quàm à Deo factos esse. Nam meliores utique fuerunt liberè perseverando, quàm essent, cum à Deo facti fuerunt, cum per ipsam perseverantiam meruerint beatitudinem, quam antea non erant meriti. Quis autem neget meritum istud esse aliquid bonum? Et si aliquid bonum est, meliorem facit illum, in quo est. Igitur ne quis dicere possit meliorem se fecisse, quàm à Deo factus fuerit, fatendum est hoc meritum esse donum Dei, quod Jansenius negavit. Si donum Dei est, cum illud Angeli mali non acceperint,



acceperint, concludendum est cum Augustino his verbis. Si non potuerunt (Angeli boni) se ipsos facere meliores, quam eos ille fecerat, quo nemo quidquam melius facit: profecto et bonam voluntatem, quã meliores essent, nisi operante adiutorio Creatoris habere non possent. Itic manifeste loquitur de bonã voluntate, quam per adiutorium gratiã Deus operatus est in illis, que non fuit prima illa voluntas, in qua conditi fuerant: nam loquitur de bonã voluntate quã Deus adherentes magis essent quam initio creationis. Hęc autem non est alia voluntas, quam ea quã per manserunt in prima, et per quam inveniunt habitudinem. Denique assignans causam ex parte Dei cur, cadentibus malis, boni steterunt (nam ex parte illorum clarum est fuisse liberum arbitrium) ait, aut minorem acceperant amoris Divini gratiam (nempe mali Angeli) quam illi qui in eadem perseveraverunt: aut si utriusque equaliter boni creati sunt, istis malã voluntate cadentibus, illi amplius adjuvi ad eam Beatitudinis plenitudinem, unde se nunquam casuros certissimè fierent, perseveraverunt. Quodnam, quæso, est illud amplius adiutorium, quod habuerunt Angeli boni præ malis, nisi adiutorium quo data est illis perseverantia, cum mali habuerint tantum adiutorium sine quo perseverare non possent, non tamen quo perseverarent.

27. Respondet Jansenius libro de gratiã primi hominis, et Angelorum, Cap. 18. Adiutorium illud, de quo loquitur Augustinus, non ad tempus illud referunt, quo Angeli viatores ad Beatitudinem tenderent, sed ad ipsum Beatitudinis statum, in quo id amplius acceperunt supra malos, ut propter suam in bono perseverantiam certi fierent de perpetuã suã felicitate. Verum quod hæc interpretatio vim faciat verbis Augustini, ex eo patet, quod ipse volens reddere rationem cur Angeli boni habuerint certitudinem suæ Beatitudinis nunquam amittendæ, et sui casus nunquam futuri, quam certitudinem non habuerunt Angeli mali, hanc affert, quod malis malã voluntate cadentibus, boni amplius adjuvi



ad eam Beatitudinis plenitudinem, unde nunquam casuros certissimi fuerent, pervenerunt: adiutorium ergo illud majus ad perseverandum illis datum est: hæc est enim ratio cur Beati facti sunt, et certitudinem illam acceperunt. Nam cum illa sit merces perseverantis, nullo est opus adiutorio ut accipiatur, sed tantum ad meritum illius accipiendus; quod meritum habuerunt Angeli boni præ malis, quia fuerunt amplius adjuvi ad perseverandum.

28. Objicit sibi Jansenius alia esse Augustino loca quibus operose admodum conatus satisficere, sed frustra. Unum duntaxat adduco, quia non est animus ista ad longum pertractare. Dicit Augustinus conc. 2<sup>a</sup> in Palmarum 70: Sibi debent Angeli quod sunt, tibi debent quod vivunt, tibi debent quod juste vivunt, tibi debent quod beatè vivunt. Ne putes hominem solum pertinere ad gratiam Dei. Quid erat Angelus ante quam fieret? Quid est Angelus si deserat qui ceciderit? Si debent Angeli Deo quod juste vivunt, debent agere Deo gratias pro perseverantiâ: est igitur donum Dei. Ergo an non potuerit Deus ita prævenire Angelos malos, ut ipsi non peccarent? Quis negare audeat esse in Dei potestate non hominum tantum, sed etiam Angelorum voluntates? Deserviit igitur aliquo modo Deus Angelos malos, cum permisit ut caderent: bonos autem non ita deseruit, et hoc illi debent, et pro tanto dono gratias agere. Merito itaque B. Pius V, et Gregorius XIII in Bullâ contra Michælem Bajum duas sequentes propositiones confixerunt. Nec Angeli, nec primum hominis adhuc integri merita rectè vocantur gratiæ. Item, et bonis Angelis, et primo hominû, si in statu illo perseverasset usque ad ultimum vitæ, felicitas esset merces, non gratia. Ad quæ frigidè admodum respondet Jansenius, hæc merita verè dici gratiâ, et dona Dei, non tamen strictè, et propriè. Quæ responsio planè destruit ea, quæ dixerat Cap. 16 illius libri. Quomodo enim si merita Angelorum sunt verè dona Dei, verè dicitur Deum non donasse illis perseverantiâ?



# Capitulum Undecimum.

29. **N**on in eo reprehendenda Jansenius quo hominum predestinationem ad gratiam, et gloriam statuat ante previsa eorum merita.

Etenim predestinari homines sine ullis meritis ad gratiam, dogma catholicum est, quod contra Pelagianos solidissime ostendit Augustinus. Predestinari quoque homines ad gloriam, non ex previsis meritis, sed gratuita Dei voluntate, plurimum Doctores catholici docent, putantque sententiam esse Augustini, quamvis alii etiam catholici aliter sentiant. De hac inter catholicos controversia non agimus; sed hic solum intendimus demonstrare quam truculenta sit, fera, caudelis, aspera, injusta Jansenii opinio circa modum quo reprobari homines defendit. Ipsam opinionem retulisse, feritatem ejus ostendisse est. Fuit enim Deus post previsum Adæ peccatum, quo posteritas ejus infecta est, quosdam ita elegerit ad gloriam, ita per merita eorum acquirendam, ut merita ipsa, et perseverantiam illis donaverit per adiutorium quo, inferens eorum voluntati necessitatem. Quam de re superius egimus. Id quamvis falsum sit, et catholici veritati contrarium, utpote humanæ libertatis destructivum, si verum esset, maximam ex ea sic predestinatos Dei misericordiam ostenderet. Sed servitia, caudelitas, et injustitia in hominum reprobatione, prout ab eo explicata statim apparet.

50. Statuit enim Deus post Adæ peccatum maximam hominum partem positivo decreto in massam damnationis reliquisse, illisque omne gratiæ adiutorium ad justitiam adipiscendam, aut conservandam necessarium, derogasse, nec salvi fierent. Imo ut magis damnarentur, multa illis precepta imposuisse, quorum adimplendorum potestatem omnem illis abstulit, subtractis auxiliis, quibus ea possent adimplere: et nihilominus propter precepta illa



non impleta gravissimas illis, eternasque pœnas infligere. An hoc est sententia de Deo in bonitate? Ut faciendum esse monet Sapiens, in initio libri Sapientia? An potius Deum serum, et crudelē fingere? Qui in perditione hominum delectetur, qui sempiternis cruciatibus ea vindicet, quæ ab hominibus cavere nunquam potuerunt?

51. Nullum, inquit Jansenius, datur adiutorium sufficiens in statu naturæ lapsæ: omnes igitur qui vel iustitiam non acceperunt, vel in eâ non permanserunt, nullum habuerunt adiutorium gratiæ, quo perseverare possent, et sic nullus reprobus habuit unquam in suâ potestate salvari, cum sine gratiâ Dei nemo salvari possit. Memerunt hoc, inquit, per peccatum originis. An memerunt illi, quibus per sacrum regenerationis lavacrum peccatum illud condonatum est, et qui per gratiam sanctificantem facti sunt amici Dei, et filii, quique ad Regnum Cœlestē jus acquisierunt? An memerunt, inquam, ut ab eo nullâ suâ novâ culpâ excluderentur? Dixi novâ suâ culpâ, quia cum per Baptismum originis deleta sit, iam non possunt propter illam à Regno excludi. Implicat enim in terminis, habere jus ad Regnum cœlestē, quale habent iusti, quamdiu iusti sunt, et simul reum esse damnationis et exclusionis à Regno Cœlesti propter peccatum iam condonatum. Excluduntur, inquit, non propter originalem culpam deletam, sed propter iustitiam non conservatam, et peccata multa actualia commissa. Inquit, potueruntne à iustitiâ non excidere, et peccata illa non committere? Si potuerunt, igitur habuerunt adiutoria gratiæ sufficientia, quod tu negas: si non potuerunt, ergo reprobantur, et damnantur propter non conservatam iustitiam, quam conservare non potuerunt. Non potuisse, inquit, pœna peccati originis est, quam pœnam Deus in Baptismo non dimisit. Mirum id quidem, et præsumptivum offensivum; quicumque homo ingentia scelera propria voluntate perpetravit per salutare lavacrum quoad culpam, et



et quoad poenam saltem eternam integre dimittuntur. Originis autem peccatum & quoad culpam dimissum, manet cum tantis poenae reatu, ut major excogitari nequeat; nimium ut homo penitus deservatus à Deo, et ea necessario committat propter quos supplicia torquentur sempiternis.

52. Insuper animum advertat qui hoc sentit ad sequentem parabolam. Nam si per parabolas Christus in Evangelio precipuas veritates edocuit; quidni liceat, ubi res ferat, ipsum imitari? Maximus quidam Rex ab uno è subditis suis, quem plurimis beneficiis affecerat, graviter offensus, illum amicitiam suam privavit, totamque sobolem suam ignobilem declaravit; filius unicus illius Regis ab eo summe dilectus condignam pro crimine satisfactionem obtulit Patri, ab eoque veniam pro reo impetravit. Ille in gratiam restitutus mortuus: posteris ejus omnes ignobiles remanserunt. Rex autem misericordiam motus exa nonnullos, in amicitiam eos vocat, nobilitatem largitur, datque illis gratuito unde ad summos honores provehantur; de reliquis vero ita statuit, ut quibusdam remaneat semper infensus ob patris delictum, eosque diuini cruciatibus torqueri jubeat: alios autem gratiam suam dignatur quidem pro aliquo tempore, condonato eis crimine ex parte contracto; ita tamen ut illis quaedam injungat quae ab ipsis paritari nequeant, nisi à Rege adjuti, negato interim omni plane adjumento; puta ut debellant hostilem exercitum, quamvis nec milites, nec arma, nec bellicum ullum apparatus subministrat; nihilo tamen minus impeat, ut si non obediunt, morte mulcentur. Huius Regem illum non solum immisericordem, verum etiam servum, caulemque, imò et injustum non judicet, qui impossibilia precipiat et poenas tamen ob praecipita non implenda exigit? Ita se Deum exa reprobo gerere quis credat? Caecidit tamen Jansenius, et quod amplius est, Augustinum Doctorem in Ecclesia maximum, huius immanis et portentosa opinionis authorem.



facit. Cum tamen sciamus, et superius ostendimus, eum agnos-  
visse in reprobis adiutoria gratiæ, quibus, si uti vellent, salva-  
rentur. Neque enim credibile est tam eximium viam, in scrip-  
turae veritatissimum, veritatem in illis evidentissime toties repe-  
titam ignorasse.

### Caput Duodecimum.

Quid de Prædeterminatione physicâ senserit Jansenius.

53.

**P**redeterminationis physicæ sectatores, qui  
se, et Thomistas, et Augustinianos hac in re putant, etsi faventem  
sibi quadamtenus Jansenium arbitrantur, magnum tamen ha-  
bent adversarium. Nam illi nullam naturæ, et integre, et lapsæ dis-  
tinctione factam, universalem docent, nullam omnino creaturam,  
etiam libero arbitrio præditam operari quidquam posse, nisi  
motam, et prædeterminatam à Deo, à quâ doctrinam vehementer  
abhorret Jansenius. Concedit tamen, si sermo sit de auxiliis di-  
vinæ gratiæ in statu naturæ lapsæ, prædeterminari homines ad  
bene operandum, non propter rationes prædeterminantium,  
sed propter aliam longe diversam: nimirum quia cum per pec-  
catum Adæ valde imminutæ sint viæ liberi arbitrii, indiget  
homo potentiori gratiæ adiutorio, quo ad bene operandum præ-  
determinetur. At in naturam integram huiusmodi adiutorio non  
indigebat, sed alio cum quo poterat voluntas componere consen-  
sum, vel dissensum; id quod de prædeterminatione physicâ non  
admittunt, qui eam amplectuntur.

54.

Itaque profiteretur Jansenius lib. de gratiâ  
primi hominis, et Angelorum Cap. 2o tom. 2 nihil capitalius  
principis Augustini, nihil quod ejus doctrinæ magis à diametro  
repugnet effingi posse, quam quod Adami adiutorium in physicâ  
illâ prædeterminatione situm sit. Idque probat septem argumen-  
tis, quæ quidem probant adiutorium, quod habuit Adam, non fuisse  
prædeterminati-



prædeterminationem physicam; sed hoc ultio fatebuntur prædeterminantes; dicunt enim Adamum peccasse, quia prædeterminationem non habuit ad servandum præceptum illi à Deo factum; quam si habuisset, non peccasset. Deum Jansenius supponit ex Augustino potuisse Adamum cum adiutorio, quod habuit, non prædeterminante, observare præceptum; potuisse, inquam, non tantum in sensu diviso, sed etiam in sensu composito. Quam distinctionem sensus compositi, et divisi à prædeterminantibus adhiberi solitam ad salvandam libertatem cum prædeterminatione, et potentiam voluntatis ad utrumlibet, irridet Jansenius tanquam frivolam, et minime subsistentem.

55.

Veniamus ad statum naturæ lapsæ, in quo putat hominem indigere auxilio, quod voluntatem ad bene operandum determinet, imo et ei necessitatem imponat. Hanc autem indigentiam non fundat in eo quod cause secundæ nihil omnino agere possint absque prædeterminatione cause primæ, quod est fundamentum prædeterminantium ab eo rejectum; sed in eo quod liberum arbitrium ita per peccatum infirmum evasit, ut nullum plane bonum velle possit, nisi detur illi velle ab omnipotenti bono, per adiutorium quo, id est, ut ipse interpretatur, necessitas voluntatem. In hoc aliquantum favet prædeterminantibus, in quantum adiutorium illud necessitans, est etiam prædeterminans. Certeum ab illis plurimum disidet in modo: existimat enim non relinquere voluntati potestatem ad oppositum, nec indifferentiam; quod illi vehementer negant, quia putant non salvam libertatem, nisi cum potentia indifferente, quam necessitas destravit. Unde ajunt etiam cum prædeterminatione manere potentiam ad oppositum, non quidem in sensu composito, sed in sensu diviso, quod sufficere ad libertatem arbitriantur. Quæ in re quinam convenientius, coherentiusque philosophentur, non desirio. Certe utique libertatem salvare volunt cum auxilio prædeterminante, sed diverso, imò contrario plane modo. Jansenius enim necessitatem, quæ non sit coactionis, non



obstare libertati censet, non distinguens voluntarium à libero; alii autem libertatem, saltem ad meritum requisitam, cum necessitate pugnantem opinantes, indifferentiam requirunt, et potentiam ad opposita. Pro quibus stat omnino definitio Sedis Apostolicæ in condemnatione beatis propositionis Jansenianæ. Sed an ipsi cum suâ prædeterminatione salvent illam indifferentiam, et potentiam ad opposita, alia questio est non hujus instituti.

56. Multæ aliæ possent afferri differentię inter physicam prædeterminationem, et Jansenianam, quas recenset Jansenius lib. 8 de Gratia Christi Salvatoris Cap. 2. Unde concludit prædeterminantes esse magis Aristotelianos, quam Augustinianos. Nam talis prædeterminatio, inquit, non solum nullo D. Augustini testimonio probari potest, sed potius universam doctrinam ejus inexplicabili confusione perturbat. Et quidem ex dictis manifestum est longè amplius differre prædeterminantes à Jansenianis, quam convenire; adeo ut plurimum fallantur ii qui volunt amborum causam esse communem. Primum enim in nullam ex quinque propositionibus damnatis consentiunt, quas modicis esse Augustinianas Jansenius defendit, et quas prædeterminantes pro hæreticis habeant, necesse est.

57. Præquam huic libro finem imponam, hoc loco referam quod olim ab Eminentissimo Cardinale Joanne de Sugo, cum Romæ sub Innocentio X causa quinque propositionum ageretur, auditum. Cum Jansenius, inquit, Pelagianismi se impugnatorem, destructoremque profiteatur, mirum est, quod agens de statu innocentis, tantum libero arbitrio tribuerit, ut Pelagianus favere non parum videatur, qui non gratiæ, sed libero arbitrio bona opera, et perseverantiam tribuebant: quod et ipse fecit, negans bona opera, et perseverantiam esse Dei dona, et pro illis agendas Deo gratias esse. Agens vero de statu naturæ lapsæ, tantum de viis liberi arbitrii detrahat, ut illud profusè extinguere cum

Calvino



Calvino credi possit. Liberaum arbitrium, quod homini dedit Deus, tale fuit ut cum adiutorio nullam necessitatem inferente potuerit velle, et operari bonum: si potestas hęc post peccatum Adę, ab homine adempta est, ut non possit velle nisi per adiutorium inferens voluntati necessitatem; igitur per peccatum, liberaum amisit arbitrium: Itę enim sibi invicem adversantur, ita liberaum esse hominem, ut possit velle, et non velle cum adiutorio indifferentiam relinquentę, quam libertatem habuit primus homo; et ita ad volendum adigi, ut non sit amplius potestas volendi, sed summa volendi necessitas.

Quomodo igitur manet in homine liberaum arbitrium?

Quod Calvinus negavit, Augustinus asseruit, Janse-  
nius per principia sua cum Calvino sen-  
tiens, specie tenus cum Augustino  
defendit.

Finis Libri Primi.



## Libra Secundus.

In quo summam doctrinam Henrici de Nois, de Gratia, Libero Arbitrio, Predestinatione, et Reprobatione proponitur.

Doctrinam Henrici de Nois, de Gratia, Libero Arbitrio, Predestinatione, et Reprobatione esse omnino eandem, atque Cornelii Jansenii, Lipsiensis Episcopi, adeoque ex illa sequi quinque propositiones ab ecclesia damnatas, hoc libro demonstratum sum, ut appareat in Henrico de Nois redivivum esse Jansenium, eo tantum discrimine, quod majori venia dignus est mortuus, quam ille, in quo revivit. Nam quae falsa, et haeretica docuit Jansenius, ea utique in lucem protulit antequam à sede Apostolica damnarentur. At Nois post damnationem illam, quam ignorare, nec potuit, nec debuit, non est veritus doctrinam à tenebris revocare, ex qua haeretice illae quinque propositiones manifeste deducuntur.

### Caput Primum.

#### De libro Henrici de Nois.

1. Pater Henricus de Nois, patria Deaconensis, professione Augustinianus, edidit anno superius 1673 volumen satis grande excussum Patavii, quod incipit hoc titulo: *Historia Pelagiana, et Dissertatio de quinta Synodo oecumenica, additis iudiciis Augustinianis.* Itaque tria praecipue in hoc volumine pertractantur, *Historia Pelagiana, et Semipelagiana* duobus libris; quae in Synodo quinta gesta sunt, praesertim in condemnatione

Origenis



Origenis à Patre Petrus Hallois defensi; cum appendice contra defensores Cassiani, ac Faustii Episcopi Reiensis: et Indictæ Augustiniana; contra impugnatores Divi Augustini; quæ postrema pars ordine, et mole est secunda textus totius operis. Mihi sane animus non est duas priores partes in examen vocare, quamquam in illis non pauca reprehensione digna sunt: verum cum Historicæ, et Chronologicæ sint potius, quam Dogmaticæ, non pertinent ad intentum huius opusculi, quod est, ut in initio præfatus sum, ostendere Authorem hunc in præcipuis de Gratia dogmatibus cum Jansenio convenire, ea quæ pro veris tradere, ex quibus quinque propositiones à Sede Apostolicâ proscriptæ funditus exiunt. Quæ prætermissis quoque secunda omnibus, quæ in Indictis Augustinianis in defensionem Augustini adducuntur, quæ an recte dicta sint, in præsentiarum non exquisito; hæbebo tantum in proponendâ doctrinâ, quam ut veram Augustino, non minus quam Jansenianus attribuit de Gratia, et Libero Arbitrio, ex quâ quinque illæ propositiones manifestè deducuntur.

## Caput Secundum.

Quod Ottonicus de Nois cum Jansenio conveniat in explicando discrimine Adjutorii sine quo non, et quo.

2. **D**iscrimen inter hoc duplex adjutorium quatuor prout à Jansenio intellectum, esse clavem totius doctrinæ ab eo traditæ de Gratia, et Libero arbitrio, de destinatione, et Reprobatione, quantum satis est ostendimus libro superiore: ubi etiam ex eodem discrimine malè intellecto quinque propositiones à Sede Apostolicâ damnatas aperte deducimus. Si enim adjutorium gratiæ sine quo non, est id sine quo voluntas velle bonum non potest; non tamen quo re ipsa vult; et adjutorium quo id quo posito voluntas necessario vult. Item si adjutorium sine quo non fuit proprium naturæ integræ; et adjutorium quo fuit proprium naturæ



lapsus, manifestè sequitur 1.º cum homines peccant, necessariò peccare, nec posse præcepta implere, cum careant utroque gratiæ adjutorio; et sic præcepta esse illis impossibilia defectu gratiæ, ut asserit prima propositio. Sequitur 2.º interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ, nunquam resisti, quod in secundâ propositione asseritur; quia cum in illo statu nullum sit adjutorium nisi quo, ut supponitur, et illud semper faciat ut velimus, nec illi resistitur, nec resisti potest. Sequitur 3.º ad meritum, ac demeritum non requiri libertatem à necessitate, sed sufficere libertatem à coactione, in eodem statu naturæ lapsæ, quæ est tertia propositio, quia cum adjutorium quo in hac sententia imponat voluntati necessitatem, bonum quod per illud fit, necessariò fit, non coactè: similiter quando peccatur defectu gratiæ, necessariò peccatur; quia deest omne adjutorium ad non peccandum, voluntariè tamen peccatur, non coactè. Sequitur 4.º in eo Semipelagianos fuisse hæreticos, quod admitterent adjutorium, cui posset voluntas resistere, vel obtemperare, ut est in quarta propositione, quia transferebant adjutorium sine quo non proprium naturæ integre ad statum naturæ lapsæ, in quo non datur nisi adjutorium quo, ut supponitur. Denique sequitur 5.º Christum non esse mortuum, nec sanguinem fudisse pro omnibus hominibus, in quo etiam errabant Semipelagianus, quia multi infideles, ita delicti sunt, ut nullum omninò adjutorium habuerint, neque ad credendum, neque ad benè operandum. Undè Christus nihil planè illis meruit quo salvari potuerint.

3. Q  
 Ecce quomodo ex discrimine adjutorii sine quo non, et adjutorii quo malè intellecto, et malè ad statum naturæ integre, et naturæ lapsæ applicato, ortæ sunt quinque illæ propositiones à Sede Apostolicâ damnatæ. Superest ut ostendamus Henricum de Noxiis eodem præcisè modo, eodemque sensu, atque Jansenius, discrimen illud usurpasse, et applicasse, proindeque cum illo convenire in clavi Jansenianâ, seu principio, ex quo



quo *Exetici* illę propositiones consequuntur?

4. Docet itaque *Novis in iudiciis Augustinians* Cap. 3 paragrapho 6 Adamum, priusquam peccaret, habuisse auxiliū sufficiens ad observationem cuiuscumque præcepti, et illud ab Augustino vocari adiutorium sine quo non, quia sine illo non potuisset bene operari; non tamen habuit adiutorium quo, quia cum illo, quod habuit, non statim operatus est, sed cum illo, si voluisset, poterat bene operari. At in statu naturę lapsę non omnibus datur, nec semper præsto esse illud adiutorium. Quod autem lex, inquit, ad hoc ut obliget, non debeat supponere in operante potentiam proximam ad faciendum opus quod imperatur, est doctrina Sancti Patris Augustini contra Pelagianos. Et paulo post. Quare cum instante quolibet præcepto legis, homo non inaccessiē, sed reaccessiter Deum debeat orare, ut sibi gratiam donet ad faciendum mandatum, signum est divinam gratiam necessariam ad exequendum opus imperatum non adesse.

5. Antequam ulterius pergamus, quaere quodnam adiutorium gratis debeamus à Deo petere ad faciendum mandatum? An adiutorium sine quo non, id est sufficiens? An adiutorium quo se ipsa præceptum impleamus? Primum dici non potest, quia nemo petit, nec petere debet, ut Deus det illi adiutorium cum quo possit implere præceptum, et non impleat, sed petit ut Deus det illi adiutorium, quo de facto impleat. Quæro iterum cum homo non implet præceptum, vel habet adiutorium cum quo potest implere, vel non habet? Si habet, falsum est quo homo debeat orare ut sibi detur; nemo enim petit quod habet. Item falsum est quod homo per peccatum Adę amiserit potentiam ad implenda præcepta. Item falsum est quod in statu naturę lapsę non detur hominū adiutorium sine quo non, ut ait *Novis ex Augustino*. Si autem homo non habet adiutorium, quo possit implere præceptum, quando non implet: ergo indiget alio potentiori adiutorio,



quo possit, et impleat; quod cum illi desit; quia non implet, sequitur hominem, cum non implet præceptum, careere omni adiutorio gratiæ; ad illud implendum, quod fatetur Noius.

6. Rursum quaero, cum homo implet præceptum, vel habet adiutorium, quo posito potest non implere, vel quo posito non potest non implere? Si primum, adiutorium illud est simile adiutorio Adæ, quod in statu naturæ lapsæ non datur, ut tradunt Jansenius, et Noius ex Augustino: si secundum, ergo adiutorium, quo impletur præceptum, imponit necessitatem voluntati, siquidem eo posito non potest voluntas non velle, et non implere præceptum. Conveniunt igitur Jansenius, et Noius in duobus, ex quibus cetera omnia perident. Primum in explicando discrimine adiutorii sine quo non, et adiutorii quo, nempe quod primum dat posse, sed non facit necessariò velle; secundum vero dat posse, et necessariò velle. Alterum in quo conveniunt est, quod Angelis, et primo hominibus datum est adiutorium sine quo non, aliis autem hominibus datur adiutorium, quo posito necesse est voluntatem ei obtemperare; quæ amplius ex Arcendis patebunt.

## Caput Sextum.

Quomodo ex doctrinâ Henrici de Noius deducatur prima propositio ex quinque damnatis?

7. Cum, ut vidimus Cap. præcedenti, conveniat Noius cum Jansenio in explicando discrimine adiutorii sine quo non, et adiutorii quo; quorum primum sit proprium naturæ integre; secundum vero naturæ lapsæ; plane sequitur prima propositio ex quinque damnatis, ut libro præcedenti Cap. 2<sup>o</sup> demonstratum est. Statuamus enim hominem iustum uagari gravi aliquâ



quã tentatione, cui sine Dei gratiã resistere non possit. Vel dat illi Deus gratiam resistendi per adiutorium sine quo non, quale habuit. Ita-  
mus; vel per adiutorium quo; vel nullum omnino dat. Quidquid di-  
catur, necesse est hunc hominem peccare; si peccet, et consequenter  
impossibile illi est ut præceptum observeat, quantumvis ipse conetur.  
Si enim nullum gratiæ adiutorium habet, clarum est illum non posse  
tentationi resistere. Cum autem peccet, ut supponimus, non habet ad-  
iutorium quo, alioquin non peccaret. Neque etiam habet adiutorium  
sine quo non; tum quia tale adiutorium non datur in statu naturæ  
lapis, secundum hos duos auctores, contra quos agimus; tum quia  
iuxta illos, homo justus in hoc statu non potest permanere in accepta  
justitiã sine dono perseverantiæ, quod non datur, nisi per adiutorium  
quo, ut ipsi fatentur. Itaque iuxta eorum doctrinam quotiescumque  
homo justus peccat, impossibile illi est observare præceptum, contra  
quod peccat, et sic inciditur in primam propositionem condemnatam.

8.

Studiamus Henricum de Novis in iudiciis Au-  
gustinianis Cap. 3 § 6 pag. 88. Rejicienda est, inquit, sententia ille-  
rum, qui dicunt gratiam proximè sufficientem semper adesse, nec  
unquam legem obligare nisi adsit gratia adiuvans, aliàs homo ex-  
cusaretur ob impotentiam ab observatione legis. Nam si lex ut  
obliget, semper inserat assistentiam gratiæ sufficientis, sequatur tunc  
gratiam sufficientem ad observationem legis necessariam, non fuisse  
amissam eo peccato. Adz; quod licet à pluribus concedatur, puto  
esse falsissimum. Hæc sunt verba Novis fideliter transcripta;  
ne uno quidem apice immutato, quibus aperte admittit gratiam  
ad observationem legis necessariam amissam fuisse per peccatum  
Adz; et sic hominem, cum legem obligantem non observat, non ha-  
bere gratiam sufficientem ad illam observandam. Cum ex hoc  
illam non observat, defectu gratiæ illam non observat, et sic impos-  
sibile illi est defectu gratiæ, legis observatio. Quid hoc est, nisi, pri-  
mam propositionem hæresis damnatam ab inferis revocare?



9. *Idem aperte colligitur ex iis, quæ habet Sic  
author Cap. 4 Indiciarum S. Io pag. 132 agens de dono perseve-  
rantis. Homo, inquit, ex peccato originali incidit in privationem  
gratiæ justificantis, et in privationem potentis, proximè expeditæ,  
ad perseverandum in semel acceptâ gratiâ justificante. Inq. Se-  
cunda privatio, ut ipse profequitur, stat cum gratiâ sanctificante.  
Et postea, hęc vxo privatio est in pœnam primi peccati. Infero  
ergo exo, cum justus non perseverat, habet impotentiam perseve-  
randi: ergo defectu gratiæ non potest obedire præcepto perseve-  
rantis, et sic est illi impossibilis.*

## Caput Quartum.

*Præcluditur effugium quoddam Henrico et Nouis, ne  
in damnationem primæ propositionis incidat.*

10. *Vidit, opinor, Novus sibi posse objici quod cum  
Janfeno sentiat præcepta quædam esse quandoque hominibus  
justis defectu gratiæ impossibilia. Ideo ut fulmen damnatæ à Sede  
Apostolicâ primæ propositionis à se areretur, quoties pleurumque  
negarî homini, cum peccat, adesse potentiam ad observanda præ-  
cepta, fere semper addidit (cautè saltem, si non subdole) loqui  
se de potentiâ proxima, sive proximè expeditâ, quam amisit  
homo per peccatum. Adq. inruens adfuisse illi potentiam remo-  
tam, quæ videlicet videatur sufficere, ut mandatum hominû illud  
transgredienti non fuerit simpliciter impossibile; ideoque trans-  
gressio merito imputetur ad culpam: sic enim qui per igno-  
rantiam peccant, quamvis, dum peccant, legem ignorent, nec  
habeant potentiam proximam, sive proximè expeditam ad le-  
gem observandam, quia tamen scire neglexerunt, non excu-  
santur à culpâ violatæ legis, propterea quod potentiam remotam  
habuerunt;*



habuerunt, quã si usi fuissent, potuissent illam observare. Non ergo mirum, si homini potentiam non habenti defectu gratiã, in pœnam primi peccati non concessã ad præceptum observandum, nihilominus dicatur simpliciter possibilis illius observatio, propterea potentiam remotam, quã supponitur adfuisse: addo et aliud exemplum, quo amplius fulcra videatur, quod dictum est. Jubeat Dominus servo ut in tempore adsit ad quoddam obsequium sibi exhibendum, si servus sermo se dedit, nec erigilet, quamvis non habeat potentiam proximam, cum dormit ad imperatum obsequium præstandum, paratua tamen et censetur illud præstare potuisse.

11. Non inficior hæc verisimiliter dici, neque quidquam esset in doctrinã Thomis reprehensibile quoad hoc punctum, si, ut in allatis exemplis invenitur potentia remota, cujus neglectu defectus potentie proximie non excusat à culpa, ita inveniri posset in præsentia aliqua potentia remota, quã si usus fuisset homo, non incidisset in carentiam potentie proximie expeditã. Juxta ergo à Thomis, quando habuit homo potentiam illam remotam, et quanam illa fuit? Tria respondi posse video, quã fundamentum habent aliquod in illius dictis.

12. Primum est, si homo non oravit, nec petit gratiã auxiliũ, quo possibilis illi reddatur præcepti observatio. Id infirmitat cap. 3. §. 6 pag. 87 ubi probat ex orationis necessitate, qua petitua gratia ad exequendum præceptum, nos illam non habere, confirmatque ex Tridentinã synodo sess. 6 Cap. 6 ubi ait: Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjurat ut possis. Juxta verba fere desumpta sunt ex libro S. Augustini de Naturã, et Gratiã Cap. 17. Jubeamus ergo petere quod non possumus; unde si non petimus, et ideo non facimus; quod non possumus, culpa nostra est, nec tunc dicitur Deus impossibilia jubere.

13. Fateor, cum defectu orationis mandatum



e sequi non possumus; que si facta fuisset, Deus nobis dedisset gra-  
 tiam illud e sequendi, tunc nos nos teneam, eo quod orare negle-  
 ximus; nam ex neglectu potentiz remotz incidimus in carentiam  
 potentiz proximz ad obsequendum. Sed quam multi orant, petunt  
 que perseverantiam, quam tamen non obtinent? Non orant,  
 inquit, ut oportet; si enim orarent ut oportet, exaudirentur ex  
 promissione Salvatoris, petite, et dabitur vobis. Matth. 7. 7. Recte,  
 sed ad hoc ut quis orat, ut oportet, ad impetrandum divinum auxi-  
 lium quo possit implere preceptum, indiget actualis gratiz auxi-  
 lio, quo moveatur ad orandum, ut fide certum est, et factum. Non  
 Scitatio pag. 89 addens, non adesse semper illud auxilium quod  
 necessarium est ad orandum. Tunc ergo si defuit potentia proxi-  
 me expedita ad observationem precepti, non defuit ex eo quod ne-  
 glexit orare, ut oportet, cum orare ut oportet non potuerit defec-  
 tu gratiz. Jubebatur enim orare ut faceret quod non poterat, et  
 orare ut oportet, non potuit defectu divini auxilii, et potentiz pro-  
 ximz ad orandum; quamnam aliam potentiam remotam habuit,  
 cujus neglectu orare non potuit? Si enim nulla potentia remota  
 fuit, neque proxima ad orandum, preceptum orandi fuit impossi-  
 bile, et consequenter etiam alia precepta, quz defectu orationis obser-  
 vati non potuerant. Quare cum infideles, saltem plurimum, Deum  
 orare non possint, ut oportet, defectu gratiz, careantque potentia  
 proximè expedita ad observandam legem; sequitur esse illis pro-  
 xime, et remote impossibilem legis observantiam; imò et omni-  
 bus justis, qui eam non observant; quia si habuissent gratiam  
 ad bene orandum pro legis observatione, utique bene orassent,  
 et potentiam proximè expeditam ad legem observandam impe-  
 trassent. Frustra ergo recurritur ad orationis necessitatem  
 pro salvanda potentia remota.

19. Ideo secundo videtur interdictum Non admittit  
 re adiutorium aliquod sive quo non, sive sufficiens in statu natu-



et lapsus, id est, cui possit humana voluntas resistere, et cui se ipsa resis-  
 tat, convictus auctoritate Augustini lib. 1 ad simplicianum quæst. 2 et  
 cap. 9 de Predestinatione Sanctorum, ubi Sanctus Doctor sic scribit: Ex  
duobus etate jam grandibus impiis, cui iste vocetur, ut vocantem se qua-  
tua, ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur, ut vocantem se qua-  
tua, inscruabilia sunt iudicia Dei. Nunc palam fit; inquit Rois cap.  
2 de Indiciis pag. 18 Quosdam vocant Deo resistere, quod etiam infort  
 ea cap. 2 de Corruptione, et Gratia, ubi adiutorium ministratum Angelis,  
 et primo homini antelapsum, dari etiam quibusdam nunc, aliis au-  
 tem non dari in penam peccati scribit Augustinus; id quod de alte-  
 ra gratia specie debili, incongrua et remote sufficienti intelligendum  
 ait Rois cap. deo 3. l. 6 pag. 22 idem colligit ex lib. 3 de Libero  
 arbitrio cap. 19 (non 2o) ubi aduersus eos, qui Adq. peccato omnia pec-  
 cata tribuebant, ut se ipsos innocentes facerent, sic loquitur Augus-  
 tinus. Recte fortasse quærentur, si exavis et libidinis nullus homi-  
nium victor existeret. Cum vero ubique sit present, qui multis mo-  
dis per creaturam sibi Domino seruientem arasum vocet, doceat  
credentem, consoletur sperantem, diligentem adhortetur, coramam  
adjuret, exaudiat deprecantem, non tibi deputatur ad culpam, quod  
inuitus ignoras, sed quod negligis quære quod ignoras, neque illud  
quod vulnata membra, non colligis, sed quod Deum volentem  
sanare, contemnis. Hoc testimonium iterum recitat, et approbat  
 Augustinus lib. de Nat. et Grat. cap. 67. illudque interpretatur Rois  
 de auxiliis remotis, et debilibus, quibus intellectus transeuntes tan-  
 tum quassam cogitationes elicit, sed adeo debiles, ut voluntatem  
 non trahant ad bonum, sed leviter tantum excitent.

15.

Verum ut ab hoc ultimo loco incipiamus, mi-  
 rum est quod verba illa intelligat Rois de auxiliis remotis, et de-  
bilibus, quæ voluntatem non trahant ad bonum, sed leviter tan-  
tum excitent; loquitur enim apertissime Augustinus de auxiliis,  
 quibus incedunt homines exavis, ac libidinis victores existunt,



ut omnem excusationem auferat iis, qui libidini seerviunt, et qui possent, si vellent, ut alii, libidini resistere. Nec loquitur tantum de cogitationibus intellectus, sed etiam de motibus voluntatis, sine quibus libidini non resistitur. Hoc autem testimonio, ut hoc obiter dicam, tam clare docemur ab Augustino dari etiam in statu naturae lapsae gratias sufficientes, quibus homo resistit, cum eis posset obtemperare, si vellet, ut fatei cogatur Jansenius se vix invenire quid huic loco respondeat. Nam si homo inexcusabilis est cum seavit libidini, quia Deum volentem sanare contemnit: potest igitur sanari cum divinae gratiae auxilio, quod contempsit; sicut alii sanati sunt, qui illud non contempserunt; proinde gratias illas, quibus non tantum interdum, ut ait Nois, sed sepiissime homines resistunt, non debuit vocare debiles, et remote tantum sufficientes.

16. *Quare enim, utrum quotiescumque homo transgreditur aliquod mandatum, habeat huiusmodi gratiam debilem, cui possit obtemperare, vel resistere? Si habet, ex eo potest quilibet homo, sicut Adamus obsequare legem per adiutorium sine quo non, nec indiget adiutorio quo ad bene operandum, et perseverandum in iustitia, nec amisit potentiam proximam ad bene agendum; consequens autem non admittit Nois, imo illud acriter impugnat. Ponamus enim istam debilem gratiam dari infideli ad credendum, vel homini justo ad perseverandum; si potest infidelis cum illa credere, et justus cum illa perseverare, jam non indiget ille dono fidei, ut credere possit, nec iste dono perseverantiae, ut possit perseverare, et tamen huiusmodi dona non habentur in statu naturae lapsae, nisi per adiutorium quo, ut ait Nois cum Jansenio. Si autem dicatur ejusmodi gratiae debili non posse obtemperari, quia non est proximè sufficiens, sed tantum remote, sic enim eam vocat iste author, assignari debet ad quid sit*  
proxime



proximè sufficiens. Omnis enim potentia remota ad aliud est proxima ad aliquid, ex quo pender illud aliud: assignetur ergo ad quid sit proximè utilis gratia illa debilis, et remote sufficiens ad observandum præceptum? Certe nihil omnino assignari potest; quidquid enim assignabitur, non inferet necessariò potentiam proximam ad observationem præcepti, ut per se manifestum est; alioquin postquam homo consensisset illi gratiæ debili, esset securus et suam persequerentia, quod nemo dixit.

17. Superest igitur ut tertio dicatur, quod verè dicitur Neais cum Janfenio, vis, qui mandata transgredientia negari potentiam proximè sufficientem ad parendum legi in pœnam peccati originalis: habuerunt tamen potentiam quodam modo remotam in Adamo, quatenus potuit ille non peccare, et in illo potuerunt non peccare homines; si enim ille non peccasset, peccatum originale non contraxisset, ex quo sequitur, ut amiserint potentiam proximè expeditam ad non peccandum.

18. At quis non videat potentiam, quam habuit Adamus ad non peccandum, nullas unquam contulisse vias, neque remotas, neque proximas hominibus ad peccata vitanda, et ad legem observandam? Potuit sanè Adamus non peccare; sed quod peccaverit, imputari non potest hominibus, qui propria voluntate ad peccatum illud non concurrerunt. Undè quamvis per peccatum illius ipsi originale labem contraxerint, poterit quidem Deus justè gratiam suam illis denegare, non tamen aliquid præcipere quod præstare nequeant: hoc enim modo præciperet impossibilia defectu gratiæ, contra decretum Sedis Apostolicæ damnantis primam propositionem Janfenianam. Ponamus Regem præcepisse unum e suis subditis aliquid, qui non paruit cum facile posset; justè quidem Rex totam illius progeniem ignobilem declaravit, et omni honore privabit; non tamen poterit justè filiis ejus aliquid ipsis impossibile præcipere. Pessimè igitur et Deo sentiet, qui propter peccatum, quod



Homines in Adamo contra se autem, putaret eum omne illis gratia adiutorium subtrahere, et nihilominus ea imperare, quae adimplere non valeant.

## Caput Quintum.

Solvuntur instantiis quaedam, et explicatur quo sensu perseverantiis donum sit in hominis potestate.

19.

Henricus de Novis cap. 4 iudicium S. 10

pag. 136 sic scribit: Santa per peccatum Adz contracta est impotentia ad proximè expeditè perseverandum, ut si idem omnino adiutorium, quod datum fuit Adz ad perseverandum, nobis in statu naturæ lapsæ donaretur, non esset sufficiens ad amovendam illam impotentiam perseverandi. Unde concluditur aliud adiutorium esse nobis necessarium, ut perseverare possimus, quam illud quod Adamo datum est, hoc est, quam adiutorium sine quo non, nimirum tale, cui resistere, vel obtemperare posset: huiusmodi enim fuit adiutorium Adamo datum, cum quo perseverare posset, si vellet, non quo fieret, ut perseveraret. Si tale adiutorium non sufficeret nobis; ergo indigemus alio potentiori, quod ita nos faciat perseverare, ut ei resistere non possimus: alioquin si possemus ei resistere, esset simile adiutorio Adamo: si autem non possumus ei resistere, imponit homini necessitatem ad perseverandum; proindeque qui illo caret, perseverare omnino non potest. Nam sicut quia pedes necessarij sunt ad ambulandum, qui non habet pedes, ambulare omnino non potest; ita si adiutorium cui resisti non possit, est necessarium ad perseverandum, qui caret illo, perseverare non potest: ergo omnes qui non perseverant, non habuerunt potentiam perseverandi, et sic præceptum perseverantiis fuit illis impossibile, idemque est de quolibet alio præcepto.

Sed



20.

*Sed quoniam discursus iste videtur aliquam instantiam pati in sententia Catholica, quae admittit in homine adiutorium sufficiens, cum quo perseverare possit, si velit, non quo fiat, ut velit; necessarium puto instantiam illam proponere, et solvere, explicando quo sensu perseverantia sit in hominis potestate; et hoc enim dubitare non licet, quia cum precipiat Deus omnibus justis perseverantiam, possibilis est omnibus per Dei gratiam, non tantum per adiutorium quo perseverarent, sed etiam per adiutorium cum quo perseverare possent, si vellet; aliter qui non perseverant, non potuissent perseverare, et sic perseverantia fuisset illis impossibilis; adeoque Deus preciperet impossibilia.*

21.

*Iam vero sic instatur. Omnis, qui perseverat, habet à Deo donum perseverantiae; nullus habet in potestate ut Deus det illi donum perseverantiae, cum illud sit gratuitum, nec ulli debitum: ergo nullus habet in sua potestate, ut perseveret. Simile est huic aliud argumentum. Quicumque perseverat habet gratiam efficacem: nullus habet in potestate ut Deus det illi gratiam efficacem: ergo nullus habet in potestate ut perseveret. Argumenta ista sunt in Camesares secundae Figurae, quemadmodum istud; omnis homo est animal, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est homo. Propositiones autem videntur certissimae. Major quidem, quod omnis, qui perseverat, habet à Deo donum perseverantiae, traditur à Tridentino sess. 6. Canone 16. ubi perseverantiam appellat, magnum Dei donum; cumque hoc donum sit gratuitum, et nulli etiam iusto debitum, aliòquin daretur omnibus justis, non est in potestate cuiusquam illud habere, nisi Deus det: ergo cui Deus non dat, habere non potuit. Similiter cum nullus perseveret, nisi habeat gratiam efficacem, et non sit in potestate hominis ut Deus det illi gratiam efficacem, quia nulli eam debet, etiam iusto, et multis justis eam negat, sequitur nullum habere in sua potestate perseverantiam, nisi cui Deus eam donat.*



22. Hanc instantiam solvemus primum per aliam instantiam solvendam ab adversariis Jansenio, et Nevo, contra quos disputamus: deinde directè ad eam respondebimus. Omnis, qui perseverat, habet adiutorium gratiæ quo actu perseverat: Adamus non habuit in potestate adiutorium quo actu perseveraret, quia Deus non dedit illi tale adiutorium, nec dare tenebatur, licet dare potuisset, ut se ipsa dedit bonis Angelis: ergo Adamus non habuit in potestate perseverantiam, quod tamen eorum confessione falsum est. Scio quid respondeant; dicunt enim in statu innocentis perseverantiam non fuisse donum Dei distinctum ab adiutorio gratiæ sufficientis, cum quo Adamus poterat perseverare, si vellet, et ita habuisse totum id quod requirebatur ad perseverandum, si per liberum arbitrium perseverare voluisset, ut Angeli boni; at verò in statu naturæ lapsæ perseverantiam esse donum Dei, quod non est in hominis potestate. Hanc tamen doctrinam quod perseverantia non fuerit donum Dei in statu innocentis, pluribus confutavi libro superiù Cap. 8, et 10 ex ipsomet Augustino, ut non sit opus hic ea repetere. Certe negari non potest potuisse Deum dare Adamo adiutorium quo perseveraret, quod tamen illi non dedit; et si dedisset, perseverantiam utique accepisset, quam non accepit, quia donata non fuit. Atque, inquiunt, fuit Semipelagianorum obiectio, quam Augustinus refert libro de Correp. et Gratiâ Cap. 10. quamque nonnulli pro ipsius Augustini doctrinâ acceperunt, quos vehementer objurgat Jansenius lib. de Gratiâ primû hominis Cap. 17 ubi miratur incuamiam, somnolentiam, et perfunctorium studium recentiorum in volutandis Augustini libris, qui objectionem Pelagianam pro doctrinâ Augustini sumunt, fugillans tacite Suaerem, qui lib. 10 de Gratiâ Cap. 9 citat hunc locum tanquam Augustini: Non habuit Adamus perseverantiam, et si non habuit, non utique accepit: fateor hoc à Semipelagianis fuisse dictum, sed non omnia, quæ ad probandum aliquid falsum adducuntur, falsa sunt, neque à respondente negantur. Ideo Suaer id accepit tanquam



quam ab Augustino concessum, licet dictum à Semipelagianis, quia evidens est, si Adamus non habuit perseverantiam, non utique eam accepisse; si enim accepisset, habuisset; neque id unquam negavit Augustinus, quia contra ipsum nihil faciebat. Quam multa dicunt hæretici vera, ex quibus, aliis falsis additis, errores suos inferunt?

23. Sed afferamus aliam instantiam, quam, aut solvere necesse est, aut aliquid contra fidem admittere. Suppono tanquam fide certum teneam homines præsertim fideles, et justificados ad salutem suam operandam: ad impossibile autem nemo tenetur: salus igitur homini Christiano possibilis est. Contra hanc veritatem fit hoc argumentum. Omnis, qui salvatur, prædestinatus ab æterno fuit: nullus habet in potestate quod prædestinatus fuerit: ergo nullus habet in potestate salvari. Major est certissima; nulli enim salvantur nisi prædestinati. Minor conceditur ab illis, qui prædestinationem gratuitam statuunt ex solo Dei beneplacito, non ex meritis. Conclusio tamen est falsa.

24. Nunc ad singulas instantias allatas directè conabimur respondere, supponendo nullum Dei defectum circa ea, quæ à libero pendent hominum arbitrio, antecedere omnem Dei præscientiam etiam conditionatam: quia cum ea, quæ sic decernuntur, debeant liberè per homines executioni mandari, necesse est ut Deus præsciat quibus mediis liberum eorum consensum obtinere valeat. Cum igitur perseverantia, et salus ab eorum libero pendeat arbitrio, quibus utramque concessæ statuunt; nullus enim (de adultis loquor) perseverat, aut salvatur nisi volens, et quidem liberè, manifestum est, antequam illorum perseverantiam, et salutem decernat Deus, præscie media quibus liberam salvandorum voluntatem obtineat, ut ea postea det; illis autem datis, est in potestate voluntatis humanæ uti, vel non uti, cum hoc ipsum præsciret Deus, si talia media hominibus daret, et in ejus



libero poneat arbitrio iis uti, vel non uti, determinatum se ad utendum potius quam ad non utendum. Nunc fit ut quamvis sit liberum Deo decernere unum medium potius quam aliud, et hoc non fit in potestate voluntatis humanæ; nihilominus in eius potestate maneat illo uti medio, vel non uti, postquam datum est. Quod in exemplo Adami fit perspicuum. Ut enim retulimus ex Augustino libro precedenti Cap. 5. prescivit quidem Deus quid facturus esset Adamus, iniuste cum adiutorio, quod illi dedit, sed simul etiam prescivit, quid de illo ipse faceret iuste: poterat illi dare adiutorium, quo se ipsam perseveraret; quis hoc negare audeat? Cum voluntates hominum, ut ipse Augustinus sepe asserit, sint in Dei potestate, non tamen dedit, sed perseverantiam libero eius arbitrio commisit, quamvis presciverit non perseveraturum. Idem de omnibus hominibus dicendum est; neque enim per peccatum amiserunt liberum arbitrium, etsi vires eius imminutæ fuerint, idèoque potentiori indigeant auxilio ad perseverandum, quod tamen non imponit necessitatem, sed relinquit libertatem.

25. **EN** hac doctrinâ respondemus ad primam instantiam. Omnis, qui perseverat, habet à Deo donum perseverantiæ; concedimus: nullus habet in sua potestate donum perseverantiæ; distinguimus: nullus habet in sua potestate donum perseverantiæ, antequam detur illi adiutorium per quod perseverare possit, si velit; concedimus; postquam datum est illi tale adiutorium, negamus. Ergo nullus habet in potestate ut perseveret; eodem modo distinguimus; antequam Deus det illi adiutorium per quod perseverare possit, concedimus consequentiam; postquam datum est; negamus. Nullus quidem habet in potestate quod Deus det illi adiutorium quo perseveret; sed dato quocumque adiutorio sufficienti habet in sua potestate perseverantiam, quam accipit, vel repudiat, prout vult. Electio quidem medianum à solo Deo pendet; executio per illa media faciendâ in potestate hominis est, qui tamen infallibilitate quamvis



quamvis liberè faciet, quod Deus præscivit illum esse liberè facturum.  
 26. Eodem modo respondemus ad secundam instantiam.  
 Omnis, qui perseverat, habet gratiam efficacem; concedimus; nullus habet  
 in potestate gratiam efficacem; distinguimus: antequam Deus det illi adju-  
 torium cum quo perseverare possit, concedimus; postquam datum est,  
 negamus: dato enim quocumque adiutorio gratia, est in potestate homi-  
 nis illo uti, vel non uti; et si utatur, exit efficax; si non utatur, exit præ  
 sufficiens: denominationes enim istæ non sunt adæquate intrinsecè ad-  
 jutorii, sed defumuntur partim ex consensu conditionate futuro, vel  
 non futuro, et à Deo prævisæ. Illa utique gratia est efficax, quam Deus  
 præscit habituram effectum, si detur: illa est sufficiens tantum quam  
 Deus præscit non habituram effectum, etiamsi detur. Quod autem gra-  
 tia sit habitura effectum, vel non habitura, est illi extrinsecum, et acci-  
 dentale, ut patet in Angelis: in bonis enim gratia fuit efficax; in ma-  
 lis sufficiens tantum; ejusdem tamen rationis in utrisque, sed major  
 fuit gratia bonorum Angelorum in ratione beneficii, ut probavimus  
 ex Augustino lib. superiorem Cap. 10. fatemur itaque non esse in ho-  
 minis potestate, ut Deus det illi gratiam, quam præscivit fore efficacem;  
 quâcumque tamen datâ, est in hominis potestate, ut habeat effectum,  
 et consequenter ut sit efficax actu. Electio gratiæ Deo libera est; usus  
 gratiæ homini libera. In potestate Dei est dare gratiam, quam  
 voluerit: in potestate hominis est eâ uti, ut voluerit.

27. Hinc fit ut gratiæ illi quæ est efficax, possit huma-  
 na voluntas resistere, et cum illâ consensum, vel dissensum coniungere  
 re, sive componere: non tamen prout est efficax; quia sub illâ denomi-  
 natione importat consensum voluntatis futurum, cum quo non po-  
 test stare dissensus. At cum entitate illius gratiæ potest stare disen-  
 sus, ut Tridentina Synodus docet, sess. 6 Canone 4, ubi ait: Liberum  
 hominis arbitrium à Deo motum, et excitatum, assentiendo Deo  
 excitanti, atque vocanti, potest dissentire, si velit. Et cap. 5. ejusdem  
 Sessionis dixerat: Deo tangente cor hominis per Spiritus Sancti



illuminationem, homo inspirationem illam recipere, illam et abjicere potest. Dissentia autem gratia, et illam abjicere important sine dubio sensum compositum. Unde si homo potest dissentia gratia cui consentit, et illam quam tangitua cox ejus abjicere, id est, effectu frustrari; potest sane illi resistere, et cum illa dissensum componere.

28.

Adcreandum autem, et summo peae observandum, quod licet humanum arbitrium possit cuilibet auxilio gratia resistere, cum possit quolibet uti, vel non uti pro sua libertate, non posse tamen voluntati Dei per auxilium efficax salvare volenti resistere, quia non potest conjungere dissensum cum Dei voluntate, per quam consensum hominis decenter; voluntati enim ejus quis resistit? quod intelligitua de voluntate absoluta, quae praedefinit liberos hominum actus bonos. Unde Sanctus Augustinus, qui saepe dixit liberum hominis arbitrium non posse resistere vocationi Dei, nisi loquendo de illa, quae datur secundum propositum, hoc est, de illa, quae datur ex proposito, quod habet Deus obtinendi humanum assensum; ut sic enim subjacet divinae voluntati, et datur ut efficax, cui sub illa ratione resisti non potest. Datur autem secundum propositum, cum Deus illam dat ex praescientia, quod sit habitura effectum, si detur, et ex proposito consensum hominis eliciendi: praescientia autem, et propositum sunt quaedam extrinsecum gratia Dei secundum se considerata; unde gratia non est per se ipsam intrinsece, et essentialiter efficax adaequate, sed ut subest praescientiae, et decreto Dei. Ideo illam vocat saepe Augustinus gratiam, sive vocationem secundum propositum, ut libro de Praedest. Sanct. Cap. 3 et 12, libro de Corrupt. et Gratia Cap. 7, libro 2 contra duas Epistolas Pelagianorum Cap. 3, et alibi passim. Rex igitur dixit S. Doctor libro de Corrupt. et Gratia Cap. 14. Deo volenti salvum facere nullum hominis resistit arbitrium. Sic enim velle, vel nolle involentis, aut volentis est potestate, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem. De his



enim qui faciunt quae non vult, facit ipse, quae vult.

29. Non possum praeterea hunc locum absque duplici mentis reflexione. Prima est: hoc loco mentionem fieri de duplici Dei voluntate, absoluta una et efficacissima, quam facit ipse, quae vult, et de hac dicitur nunquam resisti, nec resisti posse, quia nemo impedire eam potest, nec potestatem eius superare. Altera non est absoluta simplicitate, sed vel conditionata, vel voluntas cum addito; puta cum Deus dicit: vole ut homines mihi obediant, quantum est ex vi gratiae, quam illis dabo salva eorum libertate: sepius autem huic voluntati homines resistunt, et faciunt, quae Deus non vult. De hac multi à sanctis Patribus, et Theologis intelligunt illud Apostoli ad Timot. 1 Cap. 2. 4. Deus vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Et Christus ipse Matthaei 23. 27 dixit: Jerusalem quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, et nolueristi? Primam Dei voluntatem appellant beneplaciti, secundam signi.

30. Altera reflexio est, cum Deus absolute vult hominem salvum facere, nihilominus illum relinquere in sua potestate, ut velit, vel nolit, ita tamen ut divinam voluntatem impedire non possit. Quae duo, ut superius dicebamus, optime inter se concordant. Nam quamvis maneat in potestate hominis velle, aut nolle, consentiae, vel dissentiae adiutorio gratiae, quod illi datur, adeo quae illi resistere, non tamen divinae voluntati resistere potest, quia illa supponit praescientiam consensus futuri. Quare sicut suppositam praescientiam Dei de peccato futuro, manet tamen homo liber ad non peccandum, sed non potest conjungere negationem peccati cum praescientiam de peccato; ita similiter quamvis possit homo gratiae, quam Deus salvare illum vult, resistere, non tamen potest voluntati, quae praescientiam supponit, resistere, nec cum illa dissensum conjungere.

31. Hac aliquanto fusius exposui, ut solutioni secundae instantis, quae est de gratia efficaci, major vis afferatur.



Nunc ad tertiam veniamus, que est hujusmodi. Omnis, qui perseverat, habet adiutorium gratis quo actu perseverat, concedimus. Adamus non habuit in potestate adiutorium quo actu perseveraret; distinguimus, non habuit, quia noluit perseverare, concedimus: quia non potuit, negamus. Vel quod in idem recidit. Adamus non habuit in potestate adiutorium quo perseveraret, nec perseverare posset, negamus: non habuit quo perseveraret, et habuit quo perseverare posset, concedimus. Ergo non habuit in potestate perseverantiam, negamus consequentiam; ad hoc enim sufficit adiutorium cum quo perseverare possit.

32. Ad quartam, et postremam instantiam sic respondemus: Omnis, qui salvatus, predestinatus fuit, concedimus. Nemo habet in potestate quod predestinatus fuerit. Negabunt hanc propositionem, qui statuunt predestinationem post previsa merita. Qui autem aliter sentiunt, distinguant oportet. Nemo habet in potestate quod predestinatus fuerit, ante quam detur ei adiutorium cum quo perseverare possit, et salvum, conceditur; postquam datum est, negatur. Nam sicut homo posita Dei prescientia de peccato, et dato illi adiutorio sufficienti ad non peccandum, habet in potestate non peccare, et sic facere ut non fuerit prescientia de peccato, non tamen potest conjungere negationem peccati cum divina prescientia de peccato: sic omnino posito adiutorio gratis, homo habet in potestate salvum, et sic facere ut fuerit predestinatus, vel non predestinatus; non tamen habet in potestate conjungere cum predestinatione negationem salutis, neque cum salute negationem predestinationis.

### Caput sextum.

Quomodo ex doctrina Novis deducatur secunda propositio damnata?

33. Statuit Novis ex Augustino hoc esse discrimen inter statum naturæ integre, et naturæ lapsæ, quod in illâ dabit Deus



adjutorium sine quo non, in hoc vero datur adjutorium quo, ut cap. 2. hujus libri ostensum est. Adjutorium vero quo tale est secundum ipsum, ut non solum nunquam ei resistatur, sed nec ei resisti possit, alioquin non distingueretur ab adjutorio sine quo non, quale fuit in Adamo, si posset voluntas ei non obtemperare. Ideo secundum ipsum et secundum Jansenium adjutorium quo imponit voluntati necessitatem ut velit, et operetur. Hinc fit ut ejusmodi adjutorio non resistat, nec resistere possit. Cum ergo in statu naturae lapsae secundum istos auctores, non sit aliud adjutorium nisi quo; in hoc enim distinguitur iste status à statu naturae integrae, in quo fuit tantum adjutorium sine quo non, sequitur nunc interiori gratiae nunquam resisti, nec resisti posse, quae fuit secunda propositio damnata.

32. Hoc vidisse Nois non dubito. Ideo cap. 2. Indicium pag. 18 admittit quorundam vocanti Deo resistere, sed hoc intelligit de quadam gratiae specie debili, incongrua, et remote sufficienti, ut sic aliquo modo damnationem eradat. De hac tamen gratiae specie debili, et remote sufficienti quaero, utrum voluntas possit ei consentire, necne? Si potest, ergo non est tantum remote sufficienti, sed proxime, cum sine ulla alia gratia sufficiat ad assensum, ad quem movet: ex quo sequitur adjutorium quo non requiritur in statu naturae lapsae ad bene operandum, cum sufficiat adjutorium sine quo non, quod est contra ipsum Nois. et patet sequitur in statu naturae lapsae dari adjutorium quale habuit Adamus, hoc est, cui possit humana voluntas resistere, vel obtemperare. Denique sequitur per peccatum originale non fuisse amissam omnem potentiam bene operandi, et perseverandi, si dantur ejusmodi auxilia, quibus possunt homines obsequi, si velint: quae omnia sunt contra Jansenium, et contra Nois. Si autem non potest voluntas hujusmodi gratiae debili consentire, inutilis omnino est, et frustra vocatur gratia, cum nec det facere, nec posse. Imò nec ei resistit voluntas, cum ei consentire non possit; illi enim soli gratiae resistitur, quae



Sabet vim ad movendam voluntatem: nam si nullam vim habet, non ei resistitur. Igitur quamvis Nois admittat quosdam vocari Deo resistere, se verã tamen id principiis ejus repugnat, nec ullum casum assignare poterit, in quo voluntas gratis Dei resistat.

35. Ponamus hominem justum resistere gratis Dei, quã movetur interiori ad non peccandum. Vel illã gratiã uti poterit, vel non poterit: si non poterit, ergo illa gratia non est gratia, cum neque sit adiutorium sine quo, neque quo, id est, cum non det posse, nec facere: si poterit, ergo illa gratia est vere sufficiens, et proxime ad non peccandum, nec requiritur adiutorium quo in statu naturæ lapsæ, ut homo, et justitiã acquirere, et in eã perseverare possit.

36. Non est, inquit, hæreticus, qui propositionem hæreticam negat, et contradictionem affirmat. Cum igitur fateatur aperte Nois quosdam vocationi Dei resistere, negat illam propositionem hæreticam, quod in statu naturæ lapsæ interiori gratiã nunquam resistitur. Absit ut Henricum de Nois hæreticum appellem: id tantum intendo ex ejus doctrinã recte deduci propositionem hæreticam, quam Jansenius docuit, et ex iisdem principiis deduxit, putans eam non esse hæreticam. Verum permittendam esse in ecclesiã doctrinam, ex quã manifestè deducitur hæresis, nemo est, opinor, qui sentiat. At opponet quis, ex prædeterminatione physicã sequi exterminium libertatis, et tamen permitti. Non inficiã permitti, quia illius auctores id sequi negant, et aliquã ratione prædeterminationem cum libertate se posse componere arbitrantur. Hoc autem nec fecit Nois in materiã de quã agimus, nec meo iudicio facere potuit.



67.  
Caput septimum.

Quomodo ex doctrina Nois deducatur tertia propositio

37. *Eodem plane modo deducitur tertia propositio damnata ex discrimine adiutorii quo ab adiutorio sine quo non, prout à Jansenio, et à Nois intelligitur. Nempe cum in statu naturæ lapsæ adiutorium quo sit necessarium hominibus ad bene operandum, et ad perseverandum, secundum istos authores, sit ut sine illo neque bene operari, neque perseverare possint; illo vero posito, quilibet bene operetur necessario, et perseveret, proindeque vitam eternam mereatur. Tunc autem non habet libertatem à necessitate, sed tantum à coactione. Ergo ad merendum non requiritur libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione: similiterque ad demerendum, quia qui voluntarie peccat, licet defectu adiutorii quo necessario peccet in hac sententiâ, nihilominus meretur poenam eternam.*

38. *Si quis invehit, quod in omni sententiâ adiutorium quo, siue efficax, est necessarium ad bene operandum, et tamen inde non sequi, quod voluntas necessario bene operetur, distinguendum est, adiutorium quo, siue efficax, est necessarium ad bene operandum hoc sensu, ita ut siue ipso voluntas nunquam bene operetur, et cum ipso semper, et infallibiliter bene operetur; verum est, quia ut sic substat scientiæ Dei, quæ est infallibilis, sed necessitatem voluntati non affert. Adiutorium quo, siue efficax, est necessarium ad bene operandum, quasi siue ipso voluntas non possit bene operari; falsum est, quia per adiutorium sine quo non, siue sufficiens, habet in potestate bonam operationem, ut patuit in Adamo. Relegantur ea, quæ dicta sunt hoc libro Cap. 5, et libro superiore Cap. 8, et 9 in explicatione adiutorij quo, et siue quo non*



## Caput octavum

Quomodo ex doctrina Novis deducatur quarta propositio damnata?

32.

Non invenio in libro Henrici de Novis, quod dixerit semipelagianos admisisse praesentis gratiae necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, quae est prima pars quartae propositionis, quam duntaxat falsam esse, ac temerariam definierunt Pontifices. Quod tamen exarant in eo quod vellent gratiam talem esse, cui possit humana voluntas resistere, vel obtemperare, quae est altera pars, eaque haeretica propositionis quartae, sequitur manifeste ex principiis Novis, ipseque insinuat libro 2.º Historiae Pelagianae pag. 189 refert enim inter eorum errores quod moles- te ferebant, dividi ab Augustino donum perseverantiae, quae tunc primo homini data est, vel nunc omnibus data, ut ille acceperit perseverantiam, non quam fieret, ut perseveraret, sed sine qua per libe- rum arbitrium perseverare non posset: nunc vero sanctis ad regnum praedestinati non solum dari illud auxilium sine quo perseverantes esse non possint, sed tale ut non nisi perseverantes sint. Hoc est, volebant, quod sicut Adamus habuit adiutorium cum quo perseverare posset, si vellet, non quo necessario perseve- raret, ita etiam nunc homines habeant huiusmodi adiutorium, quod falso putabant negari ab Augustino, et ab illo asseri, nunc hominibus perseverantibus ita perseverantiam dari, ut non sit amplius in libero eorum arbitrio non perseverare; et è contra ita negari iis, quibus non datur, ut non sit in eorum potestate perseverare. Quae in re fallebantur, quia nunquam negavit Augustinus homines posse perseverare, si velint; neque asseruit eos qui perseverant, necessario perseverare. Non ergo exarant semipelagianus, quod dicerent gratiam talem esse, cui posset vo- luntas humana resistere, vel obtemperare, hoc enim spe docuit Augustinus, ut ostendimus lib. praec. cap. 7. sed in eo quod male Augustinum



Augustinum intelligebant; putantes eum per adiutorium quo humanæ voluntati necessitatem imponere, quod etiam senserunt Jansenius, et Noëus, in hoc cum ipsis exstantes. Extremum ex hypothesi quod adiutorium quo tale esset, ut libero arbitrio necessitatem imponeret, rectè inferebant Semipelagiani, ex ipsi homini libertatem, ideòque merito discrimen illud repudiabant adiutorii sine quo non, et quo. Si autem illud intellexerissent, ut intelligendum esse diximus, nihil habuissent unde turbarentur, quia adiutorium quo non est tale, cui non possit voluntas resistere, et propter illud datum etiam hominibus adiutorium sine quo non, cui possunt, si velint, obtemperare.

Do. Cum sic de Semipelagianis incidere sermo, dicam, quod verissimum censeo, et à plebisque non satis animadvertisum. Doctrinam Augustini quia non intelligebant, sed in eo sensu, in quo eam intellexerunt Jansenius, et Noëus, ideo argumenta, quæ contra illam proponebant, nullius erant roboris, quæ tamen validissima sunt, si verè ita sensisset Augustinus, ut ipsi arbitrabantur. Nam si adiutorium quo necessitatem imponit voluntati, rectè inferebant tolli libertatem; si non potest homo tentationibus resistere, nisi per adiutorium quo, planè sequitur hominem necessariò peccare, cum illi tale adiutorium subtrahitur: si perseverantia haberi non potest, nisi per adiutorium quo, necessitatem inferente removetur omnis industria, cum frustra illa sit, ubi necessitas est. Quid enim faciet mea industria? non ut habeam auxilium quo; alioqui mea industria preveniret gratiam, quod est hæreticum: non ut habito illo auxilio, perseverem, cum supponatur haberi non posse, quin detur perseverantia. Itaque si datum illud adiutorium, necessaria non est industria: si non datum, inutilis est.

21. Ad damus et alia Semipelagianorum argumenta. Nemo justè corripitur quod ea fecerit quæ vitare non potuit;



aut quod non fecerit ea quae facere non potuit. Id communis hominum sensus ita manifeste dicitur, ut nulla in contrarium praevaleat auctoritas. Cui autem subtrahitur auxiliium quo inferens necessitatem, non potest nec malum vitare, nec bonum facere, cum illud supponatur necessarium ad malum vitandum, et ad bonum faciendum. Igittur injusta, imò ridicula est omnis correptio, et obviatio. Cui enim me corripis? Cui me arguis? an quia non feci quod debuim, et feci quod non debuim? At rogo te, quomodo debuim, si non potuim? aut quomodo non debuim, si necessitate compulsus sum? Voluisti, inquis, coactus non fuisti, et hoc sufficit ad culpam. Verè quidem voluim, sed non velle non potuim, et si potuissem non velle, noluissem. Tenet me aliquis ad columnam ligatum, ita ut solvere vincula nequeam, imperat mihi ut ambulem, respondes, nolo, quia non possum: incipit duritiam meam, et me corripit; annon haec est injusta, et ridicula correptio? Et tamen voluntarie dicit, nolo. Si quis me plecteret, ac verberaret, quia ligatus ambulare nolo, nonne esset injusta crudelitas?

22. Aliud urgebant argumentum Sempelagianum contra doctrinam Augustinam male intellectam, quam dicebant parere desperationem, ita ut nemo possit rationabiliter sperare salutem suam, cum tamen jubeat nos Deus illam sperare, iuxta eius promissis, quod nimium salvi erimus, si mandata eius custodierimus: si autem in potestate nostra non est salus, sed in solo Dei adiutorio, quod longe pluribus negat, quam concedat, non apparet cui sperare potius quam desperare debeamus. Scimus enim nos pro peccato originale à Regno Dei excidisse: scimus longe plures dono perseverantis pervari, quam illud accipere: si ergo non est in mea potestate perseverare, quo motivo induci possum ad spem potius quam ad desperationem? Dices, quia Deus bonus est, et misericors, et quia melius est in eo spem suam collocare, quam in se ipso. Fateor id ita esse quando certi sumus de adiutorio Dei



Dei, qui paratus est salvare nos, nisi velimus nos perdere, ut re ipsa certi esse debemus, cum dixerit per Oseam Prophetam: Perditio tua ex te Israël, tantummodo ex me auxilium tuum. Osee 13. 2. At si cederemus, Deum tam multis omnino negare auxilium, ita ut salvari omnino non possint in pœnam originalis peccati, quo fundamento sperare debemus salutem nostram, potius quam de illâ desperare, cum nesciamus an simus ex illis multis quos Deus decrevit perdere ob originalem culpam.

13. Hæc, et similia Semipelagianæ proponerent argumenta contra Sancti Augustini doctrinam male intellectam, quæ proculdubio recte concluderent, si sensisset ipse, ut illi cum sentire existimabant. Unde argumenta illa contra Jansenii prava dogmata, efficacissima sunt, quæ similiter, ut illi, et Augustini mente perperam sensit. Quocirca videndi sunt, qui per contemptum identidem opponunt, hoc argumento utebantur Semipelagianæ contra Augustinum, innuentes eos, qui ab Hæreticis arma sumunt, errori potius quam veritati servire. Arma quidem illa Semipelagianorum Augustino nocere non poterant, cujus ipsi mentem non assequerentur; sed si Augustinus ita sensisset, ut Jansenius, ejusque sectatores, cum sensisse voluerunt, iterum dico, ea omnia sequerentur absurda, quæ Semipelagianæ contra ipsum inferabant.

14. Maneat itaque non eos fuisse Hæreticos quod arbitrarentur humanam voluntatem Dei gratiæ posse resistere, vel obtemperare: hoc enim dogma catholicum est, per Augustinum ipsum multoties firmatum, et per Tridentinam Synodum definitum; sed quod initium salutis à libero arbitrio peterent, dicentes nostrum esse credere, et postulare, Dei vero credentibus, et postulantiibus gratiam largiri.



## Capitulum Nonum.

Quomodo ex doctrina Nois deducatur quinta pro-  
positio damnata?

25. **Q**UOD Semipelagiani mordacius defendebant Chri-  
stum pro omnium hominum salute mortuum esse, et sanguinem  
fudisse, non fuit error, sed dogma Catholicum in sacra Scriptu-  
ra expressum, cum Apostolus dixerit: Si unus pro omnibus mor-  
tuus est, ergo omnes mortui sunt. 2 ad Cor. 5. 14. Error igitur est  
contraarium tueri. Sequi autem hunc errorem ex doctrina Jansenia-  
na, quam amplectitur Nois, non est difficile palam facere. Neque  
enim mortuus est Christus, aut sanguinem fudit pro illis, quos posi-  
tivo decreto Deus exclusit a Redemptione hominum, et a Regno Cælo-  
rum, antequam quidquam mali operarentur. Atqui omnes repro-  
bi positivo decreto exclusi sunt a Redemptione hominum, et a Regno  
Cælorum, antequam quidquam mali operarentur, secundum Janseni-  
um, et Nois. Ergo secundum ipsos Christus non est mortuus  
pro reprobis. Hujus argumenti major pars se satis manifesta  
est. Quos enim positivo decreto exclusit Deus a Redemptione ho-  
minum, et a Regno Cælorum, quid illis profuit Christi mors, ut  
redimerentur, et salvarentur? Nam si sunt exclusi a Redemptione,  
non sunt redempti, nec Christus fuit illorum Redemptor. Ergo  
nec pro illis mortuus est.

26. **J**am quod omnes reprobi positivo decreto ex-  
clusi sunt a Redemptione hominum, et a Regno Cælorum, ante-  
quam quidquam mali operarentur, dogma est Jansenianum  
explicatum à Nois in Jndiciis Cap. 4. 5. 10. Tradit enim ex  
Augustino, ut putat, cum per peccatum Adæ videret Deus omnes  
homines in damnationem incidisse, selegisse aliquos ex illa  
massa, quos per Christum redemptos vellet, usque per Christi  
merita



merita gratiæ justificantis, et in eâ perseverantis, dona tribuet ad salutem; reliquis in massâ damnationis relictis, quibus statuit non concessæ Regnum Cælorum, nec mediâ sufficientia ad illud consequendum, in penam peccati originalis. Hæc est vltius authenticæ doctrinæ, quam latius ex illo proponam Cap. sequenti. Interea ex illâ sequitur omnes reprobos positivo decreto à Redemptione, et Regno Cælorum exclusos fuisse, antequam quicquam mali operarentur. Nam nisi tantum peccato originali decerneret Deus aut non dare illis gratiam justificantem, aut in eâ perseverantiam, et consequenter nec dare illis Regnum Cælorum. Ergo noluit illos redimi per Christum, et sic pro illis non est mortuus, cum ex illius morte non habuerint unde salutem consequi possent.

**¶** HOC ut melius intelligatur, advertere oportet, hæc duo inseparabilia esse, Christum mortuum esse pro salute alicujus, et hunc posse ex meritis Christi salvari, si salutis suæ impedimentum non posuerit. Nam si non habet in sua potestate fieri bono quod illi Christus per suam mortem promeruit, frustra dicitur mortem pro illo toleratam esse. In exemplo res clare patebit. Sint multi captivi caecæ detenti, qui non habeant unde liberentur, nisi via aliquis pius, et misericors lytaum pro illis solvat. Venit unus valde dives, qui pecuniâ omnibus, et singulis offert ad eos redimendos. Quidam pecuniâ illâ utuntur, et redimuntur. Alii eâ uti nolunt ad se liberandos. Pro utrisque tamen redimendis venit via ille, quia omnibus, et singulis pecuniâ obtulit, quâ redimerentur, si vellent, reique diceretur omnium captivorum Redemptor, quantum est de se, quia pro singulis pretium obtulit. Sed si ex captivis aliqui nullâ pro se ratione habeant in potestate pecuniâ ad se liberandum necessariam, quia non est illis data ab eo, qui venit, remanent utique à Redemptione exclusi, nec pro illis redimendis via ille, qui pecuniâ attulit, venisse diceretur. Si igitur Christus pro liberandis omnibus venit, liberationem suam in manu omnium



posuit. Si autem quidam liberati non sunt, quia non potuerunt, non quia noluerunt, non dicitur Christus pro illorum liberatione venisse, nec mortuus esse. Ergo si quam plurimis propter peccatum in Adamo contractum Deus denegat omnem gratiam, quam salvari possint, ut ait Novis, pro illis certe, neque venisse dicitur Christus, nec mortuus esse, aut sanguinem fuisse.

## Caput Decimum.

Quid de Reprobatione hominum senserit Henricus de Novis?

28. Sententiam suam de reprobatione hominum, quam putat esse Augustini, late explicat Novis Cap. 4. S. 10 suarum Indiciarum, estque eadem omnino cum ea, quam ex Janzenio retulimus, lib. preced. Cap. 2. Fit itaque reprobationem supponere peccatum originale, per quod homines massam quamdam damnationis composuerunt. In illa massa perditionis, inquit pag. 132, homo evasit indignus tota serie gratiarum, quas inter primas sunt gratia justificans, per quam homo accedit ad Deum, et gratia perseverantis finalis, per quam homo non amplius potest recedere a Deo. Nunc infert, cum hae gratiae diversae sint, multi enim gratiam justificantem accipiunt, quibus negatur finalis perseverantia, Deum in poenam peccati originalis, quibusdam neutram concedere, ut infidelibus; aliis primam tantum, ut baptizatis, qui postea in peccato mortali moriuntur; aliis ex pura misericordia, utramque largiri. Hi postremi predestinati sunt ex pura Dei beneplacito: primi, et medii reprobi. Primi quidem, quia nunquam dimissum est illis peccatum originale, neque quoad culpam, neque quoad poenam, quam meruerunt privari omnibus gratiis, et gloria. Medii vero, quia licet culpa originalis dimissa illis sit per baptismum, non tamen dimissa est quoad illam poenam, quae importat privationem doni perseverantis finalis. Unde sic argumentatur Novis. Caerentia doni perseverantis.



perseverantis est causa damnationis: peccatum originale est causa caritatis doni perseverantis. Ergo peccatum originale est causa damnationis.

29. Ne quis autem incredibile putet, dimisso peccato originali quoad culpam, manere tantam poenam, quanta est privatio doni perseverantis, ex qua privatione sequitur aeterna damnatio, id justè fieri probat exemplo concupiscentis, qui in aetate post baptismum manet, et tamen est poena peccati originalis jam dimissi quoad culpam. Quoniam autem vidit magnum esse discrimen inter has poenas: concupiscentia enim ex Tridentino in decreto de peccato originali, ad agonem relicta est, et nihil damnationis inferat iis qui conscripti sunt Christo per baptismum in mortem, ita ut nihil praesit eos ab ingressu Caeli remotum, si viriliter per Jesu-Christi gratiam contra eam pugnent: neque enim nocet non consentientibus, et in potestate cujuslibet est, per Dei gratiam, ei non consentire; ideo contendit Novus, privationem quoque doni perseverantis relictam esse ad agonem. Quam doctrinam falsitatis convincemus Cap. 12.

30. Objicit sibi deinde, peccatum remissum non posse esse causam cui homo damnatur: non enim esset remissum, si propter illud homo morte perpetua plecteretur; quia non potest componi voluntas remittendi peccatum, cum voluntate illud aeternum puniendi. Ad hoc respondet; nullo pacto concedi hominem baptizatum damnari propter peccatum originale formaliter, et esse ratione illius ut causae proximè reprobatur: sed radicaliter esse causam damnationis fidelium, qui damnantur, quatenus ex illo ortum habuit privatio potentis proximè expeditæ ad perseverandum, sub qua, praesente auxilio speciali, homo salutem non consequitur, sed labitur in peccata, ob quae formaliter, et proximè à Deo damnatur. Addit postea Deum reprobare etiam ob peccata actualia, nequè prius reprobare, propter originale, deinde etiam propter actualia, sed Deum immediate damnare poenâ aeternâ hominem ob peccata actualia, in quibus incidit ob impotentiam perseverandi, quae est poenâ



Humanæ naturæ relicta ad agonem ex peccato Adq. Hæc est sententia Novis fidelissimè relata ex ejus formè verbis, de hominum reprobatione; quam, qui attentè cum sententiâ Jansenii contulerit, libe superiore exposita, inveniet esse præcisè eandem. Eam autem impugno duobus capitibus sequentibus.

**Caput Undecimum.**

**P**redicta sententia de Reprobatione multis ex capitibus Catholicæ Fidei adversari ostenditur.

51. **P**ostea ea, quæ contra Jansenium dicta sunt libro superiore Cap. II breviter huc ostendam sententiam relatum capite præcedenti, sanæ doctrinæ, et Catholicæ veritati multis ex capitibus adversari. Primo quia reddi salutem reprobis impossibilem. 2.º quia perimit liberum arbitrium. 3.º quia facit Deum causam omnium peccatorum, injustum, crudelem, hominum illusorem, ac deceptorem. 4.º quia Christum Redemptorem multis hominibus exipit. Quæ quidem omnia orthodoxæ fidei repugnare certissimum est.

52. **E**t quidem adultos, qui damnantur, salvari potuisse, si voluissent, et divinæ vocationi non resistissent, constat ex multis Evangelij parabolis, et ex illo Christi dicto sæpius repetito, multi vocati, pauci vero electi. Vocantur enim ut veniant, si voluerint, alioquin injustià vocarentur; nec posset reprobo dici: perditio tua ex te, tantummodo ex me auxilium tuum, si perditionem evadere non potuisset. Non habuisse autem in potestate perditionem evadere, nec potuisse salutem operari homines, si Deus in penam peccati originalis negat illis adjutorium quo possint, aut gratiam justificantem adipisci, aut in eâ semel accepta perseverare, manifestum est; quia nemo justificari potest, nec in justitiâ permanere sine gratiâ Dei, quæ, ut supponitur, propterea peccatum originale denegatur. Si dicatur denegari tantum potentiam proximè expeditam, non

*remotam*



remotam, jam effugium istud conclusum est Cap. 4. Suius libri. Omnis enim potentia remota ad unum est proxima respectu alterius, ex quo pendet id ad quod datur potentia remota: nihil autem assignari potest, quod sit in proxima potentia hominis, unde pendeat justificatio, vel in eam perseverantia, ut illo capite ostensum est. Nullam ergo habet reprobus potentiam, nec proximam, nec remotam ad perseverandum; proindeque et perseverantia, et salus est illi impossibilis. Neque solum salus, sed etiam observatio mandatorum, si in penam peccati originalis tota series gratiarum illi denegatur, ut dicit iste author. Cum enim sine gratia Dei mandata observari non possint, quisquis caret gratia Dei, caret quoque potentia ad illa observanda.

53. Hinc fit ut liberio hominis arbitrio tollatur usus, et exercitium sui libertatis. Nam si homo in penam culpe originalis privatur potentia ad bene operandum, et ad resistendum concupiscentiis, necessario illi consentit: ergo liberum illi non est, non consentire. Igitur privatur usu, et exercitio sui libertatis: et tamen puritur penam aeternam pro eo quod vitare non potuit; quod secundum communem hominum sensum, iniustum est. Dicere autem quod hoc sit in penam peccati originalis, iniustitiam non impedit, cum non fuerit in hominis potestate vitare peccatum originale, ex quo alia peccata consequuntur. Si dicatur sufficere ad libertatem quod aliquid voluntarie fiat, licet necessario, est incidere in tertiam propositionem ex quinque damnatis.

54. At quod gravius est, opinio illa de reprobatione rejicit in Deum peccata omnia, quae a reprobis committuntur, eosque ab omni culpa excusat. Si enim in penam peccati originalis privatur tota serie gratiarum, non est illis liberum non peccare, cum necessario peccent defectu gratiae, quam si haberent, non peccarent. Ergo pro illos non stat quod non peccent, sed pro Deum, qui gratiam omnem illis subtrahendo, necessitat illos ad



peccandum, dum præcipit illis quæ facere non possunt, et prohibet, quæ vitæ non possunt. Neque jurat dicere gratiam omnem illis subtractam in pœnam peccati originalis: nam peccatum illud non fuit illis liberum, idcirco nec ea quæ ex illo consequuntur.

55. Quamquam nec peccata dicenda sunt, quæ vitæ non possunt, nisi forte equivoce, ut dissevit Augustinus lib. 3 de Lib. arbitio Cap. 19, ubi sic loquitur: Nam sicut linguam dicimus non solum membrum quod movemus in ore dum loquimur, sed etiam illud quod hujus membri motum consequitur, id est, formam, tenoremque verborum, secundum quem modum dicitur alia lingua Græca, alia Latina: sic non solum illud peccatum dicimus quod propriè vocatur peccatum, liberâ enim voluntate, et ab sciente committitur, sed etiam illud quod jam de hujus supplicio consequatur necesse est. Quis autem negat equivoce dici linguam idioma Græcum, aut Latinum cum membro hominûs? Propriè autem peccatum illud est, inquit Augustinus, quod liberâ voluntate à sciente committitur. Ergo quod necessitate fit, cum liberâ voluntate non fiat secundum Augustinum, non est propriè peccatum. Ideo Tridentina Synodus Sess. 5<sup>a</sup> in decreto de peccato originali declarat, concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum appellat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod vixit, et propriè in æternis peccatum sit; sed quia ex peccato est, et ad peccatum inclinat. Siquis autem contrarium senserit, anathema sit. Illi tamen contra quos agimus, volunt ista peccata necessitatis esse vera peccata, et propter ista homines damnari. Quod de Deo sentire, penè diximus, blasphemum est, cum sit illum injusto iudicio, et crudelitate accessere.

56. Anne justum est hominem à Deo creatum, qui nullâ suâ propriâ voluntate originalis peccati labem contraxit, in eo æternum statu constituere, in quo velle, et operari bonum non possit; et tamen illi præcipere ut velit, et operetur, ac nisi velit, et faciat, minari illi ingentes miseria, tum etiam æternis torquere illum suppliciiis?



cūis? Cædat Soc, qui potest, Deumque si potest, ab iniustitiâ, et caudelitate vindicet? At Augustinus hoc dicit. Respo; id enim de tanto vias non est credibile; qui si visus est dicere, interpretandus est, et cum se ipso conciliandus, cum sepius dixerit, homines peccare, quia volunt, libera utique voluntate, nec imputari illis ad culpam quod necessitate faciunt, sed quod Deum vocantem contemnunt, et quod Diabolo potius quam Deo, obediunt. Mitto, brevitate causa, plurima huiusmodi testimonia, quæ ex Sancti Doctoris scriptis promptum esset excerpere.

57. Ab iis autem, qui tam duxum, tamque amaram faustum glutine non horrent, libenter scire cuperem, quid de casu sequenti illis videatur. Cecidit quidam servus in profundissimam foveam nesciens quò caderet: ex eâ, nisi adjutus, emergere non valet. Venit Dominus illius, præcipitque illi minaciter,heus tu boves meos iungete ad arandum, nec interim quòquam illi adjumento præbet, ut à fovea exeat. Annon iniuste illum, et caudeliter objurgaret, puniretque, quia non iunxit boves, nec aravit? Culpâ, inquit, suâ non cecidit in foveam, sed casu; at homo propterea originale culpam in eum statum incidit, ex quo exire non potest, fateor, sed nesciens cecidit, et quodammodo casu, non propria voluntate. Amplius dico, quamvis ille servus aliquâ suâ culpâ in foveam cecidisset, non posset nisi iniuste Dominus illi præcipere, ut araret, nullo illi præstito adjumento, sed iniustus foret, si propterea, quia non aravit, illum torqueret.

58. Quid quod iniquè se gereret exa homines Deus, eisque illuderet, si subtracto illis omni gratis auxilio in pœnam originalis culpæ, ita singulos compelleret. Audi, si vis ad vitam ingredi, serva mandata: si perseveraveris usque in finem, salvus eris: veni, et sequere me, et habebis thesaurum in celo. Pleni sunt his vocibus Scripturarum libri, quibus Deus homines vocat, illisque regnum celorum promittit, si fecerint quod



jubet. Peccatoribus quoque veniam pollicetur, si toto corde ad ipsum convertantur; sin minus, excidium illis, et gehennam minatur. Exprobrat illis quod vocati venuerint, arguit, increpat, hortatur. In omnibus peccatum, et jocum, non autem sermo fieri necesse est, si Deus hominibus, quos propter originis culpam reprobarunt, gratiam omnem subtrahat, quam implexe valeant, quae ab ipsis exiguntur. Perinde ac si Rex aliquis dicat cuilibet ex suis subditis, si tu volaveris, dabo tibi partem regni mei: si ligatis pedibus ad columnam ambulaveris, constituam te super quinque civitates; sin minus jubebo tibi pedes amputari. Nonne desiderant, ac decipiantur ii, quibus talia promissa fuerint? nonne in desperationem conjiciuntur, quibus fierent tales minae? Quomodo sermo potest aliquid promitti sub conditione impossibili? Sed et cum peccatoribus Deus beneficia collata exprobrat, ut saepe per Prophetas facit, quae alia causa esse potest, nisi ut ingratos eos fuisse ostendat? Ingratus autem non est, qui benefactorem, nec coleat, ut decet, nec ei gratias agere potest: atqui peccatores, si tota serie gratiarum privantur, nec Deum coleant, ut decet, nec ei debitas agere gratias possunt.

59.

Velim scire cur Deus nonnullis quos propter peccatum originale reprobarit, tot dona, gratiasque conferat, quibus interdum ad summum sanctitatis fastigium ascendunt, ex quo postea miserissime precipitantur. Nonne tot dona eis contulit, ut per ea, si bene uti eis vellent, salutem consequerentur? Atqui in poenam peccati originalis decreverat perseverantibus donum illis denegare, ut quid ergo tot donis eos affecit? ut quid alios quosdam, qui toties a gratia justificante exciderant, per Penitentis Sacramentum in amicitiam suam restituit, cum statuisset illos tandem perire, et damnare? Ut quid Judam proditorem ad Apostolum evexit, cum jam eum reprobasset, ac decrevisset omne gratiae subsidium ei subtrahere, ne proditoris crimen evitaret?

60.

Non prius, inquiunt, reprobat Deus propter peccatum



peccatum originale, deinde etiam propter actualia, sed simul propter utraque. Contra, quia si verum est quod ajunt, cum omnes homines in massâ damnationis essent, Deum pro sua misericordiâ aliquos ad vitam æternam prædestinasse; alios pro sua justitiâ ad mortem; sicut illi prædestinati sunt ante prævisa merita, ita hi reprobatii ante omnia eorum actualia peccata prævisa, propter solum originale: et sicut prædestinatio ad Regnum Dei causa fuit eorum prædestinatis gratiæ, et merita conferrentur, quibus Regnum obtinerent; ita reprobatio causa fuit eorum reprobis gratiæ subtraherentur, sine quibus eos in peccata actualia incidere, et damnari necesse fuit. Verum quidem est, quod reprobi simul, et semel propter peccatum originale, si remissum non fuit, et propter actualia damnantur: sed quando jam remissum est, non ob illud penas luunt reprobi, sicut nec propter actualia jam remissa. Aliud tamen est reprobus propter actualia eorum scelera damnari, aliud ex prævisis eorum sceleribus reprobari. Sicut aliud est prædestinatus propter propria eorum merita salvari; aliud propter illa, et ex illis reprobis prædestinari. Fictum enim Nonis peccatum originale esse radicem totius reprobationis, quia ex illo duntaxat oritur impotentia, vel justitiam accipiendi, vel in ea perseverandi.

CJ. Postremo non apparet quomodo Christus eorum Redemptor fuerit, quibus, ob culpam originalem, omnis damnationem evadendi potestas ablata est; qui autem propter originale peccatum reprobantur, ipsi omnis damnationem evadendi potestas auferuntur, juxta hanc opinionem, quæ negat reprobis omnem auxilium gratiæ ad perseverandum. Qui autem admittunt peccatum originale esse aliquo sensu causam reprobationis, non adæquatam, et solam, sed quodam modo occasionalem, nimirum quia si homines illud non contra visent, non reprobarentur, saltem plurimâ, nec nisi propter prævisa propria eorum peccata, ut contigit in Angelis malis, optime defendunt Christum reproborum esse etiam Redemptorem, eo quod impetravit illis gratias, quibus salvari possent, si vellent. Inocentia ne-  
tiguam



tiquam faveret sententiæ Nois decretum Claudii Acquavivæ, de que mox dicetur capite sequenti.

Caput Duodecimum.  
Examinantur nonnulla, quæ sententiæ Nois favere videntur.

62. Ut persuadeat Nois sententiam suam ex reprobatione ortam ex peccato originali, varios affert Authores, tum Thomistas, tum etiam ex Societate, quos idem sensisse ait. Imò jussi sunt, inquit, Theologi Societatis à Claudio Acquavivæ, Prefecto totius Familiz, illam defendere. Nam olim impressus est liber de Ratione Studiorum Romæ anno 1586, univærsis propositus, ut regula, et discendi, et docendi, post annuam sex insignium Doctorum Societatis disputationem, ac longissimum examen. Ibi autem in titulo et Opinionum Delectu, Regula 6 pag. 14 proponitur, et eligitur definienda, et tradenda hæc propositio: Non solum ex parte nostrâ, nulla fuit ratio, seu conditio prædestinationis; sed neque dicendum est, esse in nostrâ potestate ut prædestinemus. Et Regula 13 reprobationis, quæ ceteri homines excidere ab ultimo fine permitti sunt causa fuit peccatum originale. Sic refert Nois Cap. 4 Indicialium S. 10 pag. 131 qui etiam Cap. 3 S. 7 pag. 93 dixerat à Claudio Acquavivæ anno 1584 prævio sex doctissimorum Theologorum examine selectas fuisse quasdam sententias omnibus defendendas; haberi autem in libro de Ratione Studiorum Societatis illo anno typis excusæ pag. 37 sequentia. Item definitum est prædestinationis nec rationem, nec conditionem esse ex parte nostrâ. Id ad pietatem parum pertinere dicit aliquis. At hanc Augustini doctrinam non modo Theologorum Schola jam recipit: sed et Ecclesiz Patres per mille et ducentos circiter annos, qui id contendunt probare ex Scripturis, et Responsis Pontificum Romanorum, nempe Leonis, Nisii, Celestini, Leonis, Gelasii, apud quos Massilienses, Faustus, Cassianus, alii-  
que



que Sujus predestinationis impugnatores male semper audierunt.  
 Sex illos Theologos, quibus hujus rei examen commissum fuit, no-  
 minat. Si sunt Joannes Azor, Hispanus, Gaspar Gonzalez, Lusita-  
 nus, Jacobus Tyrius, Gallus, (is non fuit Gallus, sed Germanus, simul  
 et Gallus Assistens) Petrus Bufus, Austriacus, Antonius Guisanus,  
 ex superiorum Germaniam, et Stephanus Jucius, Italus. Ex quibus tes-  
 timoniis colligitur hujus doctrinam, quam ipse tanquam Augustinia-  
 nam tradit, de predestinatione, ac reprobatione, in Societate accep-  
 tam esse, jussu Claudii Acquærvæ, Generalis.

63. Sed qui tam exacte citatis locis, ac paginis, quæ  
 de Ratione studiorum in illis libris habentur, retulit, ut eos legisse  
 credi merito possit, mirum est non advertisse quod prostat in Re-  
 formatione, nimirum hęc typis jussa excudi, non ut constituta jam res  
 induceretur, sed quo expeditius multa suppetere exempla, quæ in  
 Societatem dimissa, à Provinciarum Doctoribus recognoscerentur,  
 qui postquam Romam perstraxissent, tandem à Pæposito Generali,  
 quod optimum factu esset, decerneretur. Itaque verum non est sen-  
 tentias relatas de predestinatione, et reprobatione, neque alias quam  
 plures, quæ in libris illis proponuntur, definitas unquam fuisse,  
 tanquam à Societate necessario amplectendas.

64. Sed exto, demus fuisse. Illa quidem de predestina-  
 tione sumpta, ut sumitur ab Augustino, non pro solâ electione  
 ad gloriam, sed pro præscientiâ, et præparatione beneficiorum Dei,  
 quibus certissime liberantur quicumque liberantur, verissima est,  
 et ad fidem pertinet; quia contra Semipelagianos tenendum est,  
 nullam esse ex parte nostrâ rationem, vel conditionem ad in-  
 itum fidei, neque ad primam gratiam, per quam homo ad ju-  
 stificationem disponitur, quæ prima gratia est primum beneficium  
 ad alias gratias ordinatum, quibus homo certissime liberatur.  
 De electione autem ad gloriam, an sit ex prævisis meritis, necne,  
 inter Theologos disputatur, et unicuique liberum est quam voluerit



partem sequi, affirmantem, aut negantem: neque de illâ sermo est  
 in prædicto decreto. Illud autem de reprobatione quod eius causa sit  
 peccatum originale, nihil absurdum continet, si bene explicetur, nimirum  
 si dicatur multos homines reprobati, quia peccatum originale contra-  
 xerunt, quod si non contraaxissent, non fuissent reprobi, quia non ha-  
 buissent concupiscentiam in membris suis, quæ est causa peccatorum,  
 propterea quæ reprobantur. Itaque peccatum originale est causa radica-  
 lis reprobationis hoc sensu, quia per illud natura humana corrupta  
 est, et liberum arbitrium debile factum, ita ut difficulter possit concu-  
 piscentiæ motibusque resistere, non tamen ita ut habeat impotentiam  
 resistendi, cum non desit illi gratia quâ id possit, si velit, ut dicitur ex-  
 pressè in libro illo studiorum, Regula 14, quæ sic habet, sufficientibus  
ad salutem auxiliis nunquam privantur homines, dum ratione  
utuntur. Potuissent tamen homines in statu innocentis conditi, prop-  
 ter actualia peccata, quæ committerent, reprobati, quemadmodum  
 Angeli mali reprobatæ sunt ex peccato eorum lapsu.

65. Arbitratur quoque Thomas plurimum favore  
 sententiæ suæ de reprobatione exemplum concupiscentiæ, quæ in pœ-  
 nam peccati originalis, etiam dimissi quoad culpam, in hominibus  
 manet; idem enim merito dici posse de privatione gratiarum, et po-  
 tentiæ ad perseverandum. Sed nihil illi favet hoc exemplum: nam  
 concupiscentia, ita in pœnam primi peccati relicta est, ut cum illa  
 stet potentia bene operandi, et in bono perseverandi, atque a deo con-  
 sequendi salutis. Huic autem potentiæ quam in hominibus admittit  
 esse necesse est, ex fide Catholicâ, ne cum Calvino dicatur eos necessa-  
 riò damnari, oppositum è diametro impotentia illa, sive privatio  
 potentiæ ad bene operandum, et perseverandum. Neque video si hoc  
 verum esset, nempe quod subtrahatur quibusdam hominibus tota  
 series omnium gratiarum in pœnam peccati originalis, quo mo-  
 do non illos condiderit Deus ut damnarentur. Didit enim an-  
 tequam crearet, contracturos illos peccatum originale, non vo-  
 luntariè



luntariè, nec liberi, proprià voluntate, seque illis in penam subiacentem omnem salutis potentiam; quid hoc aliud est, nisi illos condere, et conditos damnare velle, nulla pœnisâ in eis propriâ voluntatis culpa?

66. *Præterea concupiscentia relinquitur hominibus, non ut peccent, sed ut ei resistendo salutem mereantur: relicta est enim illis ad agonem, ut notum est ex Tridentino, id est, non ut homines ab eâ vincantur, sed ut eam vincant, et vincendo coronentur. Ut privatio potentia ad bene operandum, et perseverandum non est relicta ad agonem, ut contendit Noius; quomodo enim fieri potest, ut id cum quo non potest stare victoria, relinquatur ad pugnandum? perinde est, ac si omnis generis arma auferrentur alicui ut pugnaret contra hostes. Omnis enim qui in agone contendit, victoriam sperat; alioquin inutiliter contendere; si autem victoria est impossibilis, sperari non potest. Ridiculum ergo est dicere, Deum relinquere hominibus ad agonem impotentiam bene operandi, et concupiscentia resistendi.*

67. *Nunquam igitur solvetur hoc argumentum, quod objicit aut Noius contra suam sententiam, videlicet peccatum originale baptizatis remissum, non posse esse causam, cui ex decreto Dei salus sit illis impossibilis, quia voluntas remittendi peccatum, et ipsa ejus remissio non stat cum voluntate damnandi hominem propter peccatum, quod ei remissum est: maxime cum Tridentinum statuatur, nihil esse damnationis in iis qui remati sunt: esset autem plurimum, si maneret in eis æternæ pœnæ reatus. Nam quod respondet Noius nihil remanere damnationis quoad culpam, remanere autem quoad pœnam, frivolum est, et Theologo indignum; est enim inauditum in Scholis Theologorum dimitti culpam mortalem, et non dimitti simul debitum æternæ pœnæ, quidquid sit illa quorumdam opinione, quod peccatum mortale dimissum quoad culpam, et pœnam æternam, non tamen quoad omnem pœnam temporalem, puniatur per accidens pœna æterna, cum homo propter alia peccata damnatur. Ceterum per se loquendo, cum*



dimittitur culpa, semper dimittitur etiam poenae debitum: alioquin con-  
 versis, et cum Deo reconciliatis esset in ruinam iniquitas, contra  
 ipsius Dei promissionem Oze. c. 14. 30. Quis autem sibi persuadeat  
 hominem Dei amicum factum per gratiam justificantem, fi-  
 lium ejus adoptivum, heredem Regni, et coheredem Christi, manere  
 nihilominus etiam poenae obnoxium, et vere damnandum propterea illud  
 ipsum peccatum, quod per gratiam justificantem extinctum est?  
 Quenam et qualis est amicitia ista, et reconciliatio? Ego te in gra-  
 tiam meam recipio, et offensam condono, ita tamen ut propter  
 illam te in etiam damnare decreverim. Miranda plane res, et  
 profus incredibilis; accedit quis ad Baptismum pluribus, ingenti-  
 busque sceleribus onustus, dimittuntur illi scelera omnia (quae du-  
 bio procul longe graviora sunt quam originale) quoad culpam, et  
 poenam etiam; solum originale, etiam remissum, relinquit homi-  
 nem salutis incapacem, quod non faciunt scelera omnia ab eo com-  
 missa simul sumpta!

68. Postremo in favorem suae sententiae adducit No-  
 xis hunc syllogismum, quasi demonstrativum. Carentia doni per-  
 severantis est causa damnationis: peccatum originale est causa ca-  
 rentiae doni perseverantis: Ergo peccatum originale est causa damna-  
 tionis. Sed distinguenda est major, et minor. Carentia doni perseve-  
 rantis, quae fuit homini possibilis, et quam potest habere, si volu-  
 set, et quam non habuit, quia noluit; conceditur: perseverantis,  
 quae fuit homini impossibilis, et quam non habuit, non quia  
 noluit, sed quia non potuit, negatur. Minor quoque distinguenda  
 est eodem modo: peccatum originale est causa carentiae doni per-  
 severantis, quae fuit possibilis, conceditur: quae fuit impossibilis,  
 negatur minor, et consequentia. Potest etiam distinguere consequens:  
 Ergo peccatum originale est causa damnationis, ex determinatione  
 voluntatis humanae nolentis perseverare, conceditur: ex sola Dei vo-  
 luntate reprobandis propterea culpam originalem praecise, negatur.



## Caput Decimum tertium.

Quum inter doctrinam Jansenii, et Henrici de Nois sit aliqua differentia?

69. HENRICUS de Nois in Prefatione sui operis, cum de contentione inter Cornelium Jansenium ejusque aduersarios aliqua dixisset, ita iudicium suum profert, ut utrisque dicam sane eandem impingat injuriam. Illi enim, inquit (et loquitur de Jansenio, ejusque seclatoribus) nescio quae absurda opinionum potentia non semel ab Apostolica Sede damnata, Augustino per summam injuriam imposuerat. Intelligit sine dubio quinque propositiones à duobus summis Pontificibus Innocentio X, et Alexandro VII damnatas. Et cum dixisset Patrem Michaëlem Nekium, Augustinianum Doctorem, Duacensem, ab horum imposturis Sanctum Augustinum solide vindicasse, addit, sibi aliorum conatus, id est aduersariorum Jansenii, rejicere decaetum esse, eò quod cum Augustinum in suam ipsorum sententiam trahi non posse intelligerent, in id consilii descenderunt, ut Sancti Doctoris auctoritatem, quoque modo eleuarent, ac rursus ejusdem doctrinam censuris inuacunde perstringerent. Videtur itaque Nois nihil habere commune, neque cum Jansenianis, neque cum illorum aduersariis, quos etsi non nominet eò loci, in iudiciis tamen Augustinianis palam, et acriter nominatim insectatus, praesertim Joannem Adamum, Morainem, sive Maatynum, et Annatum, Jesuitas. Quo mirari subit, quomodo inter duas eadem de re contendentium partes, quarum una dicit, altera contradicit, tertius accedat qui neutrum adhaereat, et utrumque redarguat? Si enim Jansenius male de gratia sensit, et absurda opinionum potentia Augustino imposuit; igitur illius aduersariis, qui ab his opinionum potentis Augustinum vindicant, gratia agendi exant, nec rejiciendi illorum conatus. Vel enim Jansenius de gratia, et libero arbitrio recte sensit, et secundum Divi Augustini doctrinam; vel male,



et contra ipsius mentem. Si primum, non absurda opinionum potentia Augustino imposuit: si secundum, recte igitur senserunt, qui Jansenio se opposuerunt, et conformiter ad Augustini mentem, nec eum in suam ipsorum sententiam trahi non posse intellexerunt. At, inquit illius auctoritatem elevare conati sunt, et variis censuris eum perstrinxerunt. Non est ista, cum enim inficientur eum sensisse, ut ait Jansenius, sed oppositum docuisse, et id quod Ecclesia Catholica tenet, tenuisse, ipsorum interit, ut salva, et illisa maneat tanti Doctoris auctoritas, quam nullis unquam censuris perstrinxerunt; sed ubi propter mysterii altitudinem obscurius interdum locutus est, tantum dixerunt, sibi ipsi contrarium nonnunquam videri, et interpretatione indigere, dedisse etiam Hæreticis male illum interpretantibus occasionem exarandi. Quis quidem, et similia nihil Augustini auctoritati prejudicant, cum eadem et Scripturam Sacram verissime dicantur. Quis enim neget obscuram illam interdum esse, viderique sibi quandoque contrariam? Quis nesciat eam ab Hæreticis depravari, cum Petrus Apostolus moneat in Pauli Epistolis esse quosdam difficultates intellectu, quos indocti, et instabiles depravant, sicut et ceteras Scripturas ad suam ipsorum perditionem. 2. Pet. 3. ibid. Porro quia non pauci contra Catholicæ fidei dogmata exarantes, scutum sibi ad suos exores tuendos ex Augustini auctoritate faciunt, sic enim et Calvinus, et Jansenius jactant Augustinum totum esse suum; non immerito reprobare Doctores Catholici, falso quidem id ab eis asseri, neque tamen existimandum esse Augustini nomen fidei nostræ precibus, ut nullam in re ab illius sensu discedere licitum sit: hominem illum fuisse, et errare potuisse, et fortasse etiam errasse; scripta ipsius legenda esse, ut ipse vult ea legi, et ut aliorum solebat legere. Hæc, et alia hujusmodi non ad depravandam Eminentissimi Doctoris auctoritatem profertur, sed ad reprimendam quorundam audaciam, qui per uno Augustino ceteros Patres contemnunt, quasi solus ipse difficillimarum questionum arbiter fuerit, et ut ita dicam, Scientiarum



tiarum Deus, cui nec in re minima fas sit obluclari. Atque in genere dicta  
 sunt in defensionem illorum, quos tantopere Henricus et Novus violenter ex  
 Divum Augustinum reverentis reos peragit. Neque tamen si qui modum  
 excesserunt, à me defensos volo, qui doctrinam Augustinianam summe semper  
 addictus fui, qui opera Augustini omnia à capite ad calcem diligentia per-  
 legi, et ea quae principalia sunt, multoties evolvi, et in Compendium redegei,  
 quo mihi ad manum essent, qui denique tanta via non minus sancti  
 quam docti, non semel publice, et voce, et scripto Paragyrasteri egi. Do-  
 leo certe quod nonnulli ejus alumni, et discipuli doctrinam sui Patris,  
 et Magistri non satis intellexerunt, adhaeseruntque nimium illius depra-  
 vatoribus. Hoc de Henrico et Novis, caudito viao, non temere diceam,  
 qui tamen si Jansenianus nullomodo videri velit, imò, ut ab eo plane  
 alienus habeatur, de absurdis quibusdam opinionum potentis Jansen-  
 nium adducit, non semel à Sede Apostolicâ damnatis, et quod ea Au-  
 gustino per summam injuriam imposuerit; non dubitavit tamen  
 Jansenianam doctrinam, quantumvis potentem, patronus fieri. Nam,  
 o bone via, quoniam sunt ista opinionum potentia, nisi quinque pro-  
 positiones in Jansenio à Sede Apostolicâ damnatae? Prudentem qui-  
 dem fecisti, quod eas nec in terminis docueris, nec approbaveris, ne  
 in damnationem et ipse incurres; reum tamen de illis siluisti, non  
 quod falsas illas, et haereticas existimares, sed quia cum sentires ea  
 principis, in quibus cum Jansenio conveniebas, patenter eas deduci,  
 nolueris nominum tuo tantum dedecus inuadere, ac de haeresibus renovatis  
 apud summos fidei quæsitores periclitari. Atque est unica inter te, et Jan-  
 senium differentia: ille audacter, et confidenter Augustino tribuit  
 absurda illa, quae vocas opinionum potentia, eo quod ea Sancti Doc-  
 toris principis male intellectis manifestè consequuntur: tu cautè  
 admodum consecutionem illam dissimulasti. Itaque de Gratia, et Li-  
 bero arbitrio, de Predestinatione, et Reprobatione Angelorum, et Homi-  
 num sensisti, ut Jansenius. Ille, quia quinque propositiones nondum  
 exant à Sede Apostolicâ proscriptae, fidenter eas in lucem protulit:



tu jam tenebris obvolutas, et anathemate percussas, non ausus es iterum palam facere. Principia vestra prorsus eadem sunt, et ex iisdem Augustini locis non bene intellectis desumpta; conclusiones ille aperte intulit, tu suspensæ gradu hæsisti. Audi nunc quæ de Jansenio dicturus sum, et si vera sunt, te ipsum confule. Sic ille argumentatus est reductis ad formam syllogisticam illius dictis.

To. Nullus, cui gratia deest, potest Dei mandata servare, et tentationibus resistere: multi etiam justis in penam peccati originalis aliquando gratia deest: ergo multi etiam justis aliquando non possunt mandata servare, nec tentationibus resistere. Quæ conclusio est in re prima propositio damnata, quam retulimus lib. I. cap. 2. Major est Augustini, et certissima de fide; minorem quoque putat Jansenius esse Augustini; quidni ergo conclusio infestatæ? Interea ego jam te rogo, quid de minore sentias? Majorem enim nunquam negaveris. Nonne repetitis vicibus docuisti, multis quibus per Baptismum peccatum originale dimissum est, et gratia justificans collata, nihilominus in penam illius peccati subtrahi seaiem omnem gratiarum, negarique donum perseverantis, sive adiutorium gratiæ necessarium ad perseverandum? Nonne id ex Augustino probare conatus es? Vide ergo quid sequatur, etsi non dixeris, et quam absurdum opinionis portentum non semel à Sede Apostolicâ damnatum Augustino tuo cum Jansenio imposueris? An hoc est vindicias Augustinianas facere? An potius Doctorem sanctissimum hæreticæ doctrinæ propugnatorem velle?

II. Transeamus ad secundum Jansenii argumentum. Nulli gratiæ, quæ sit adiutorium quo, resistitur: omnis gratia interior, quæ datur in statu naturæ lapsæ, est adiutorium quo: ergo nulli gratiæ interiori in statu naturæ lapsæ resistitur: quæ est secunda propositio damnata. Majorem, minoremque collegit ex Augustino, ut putat: conclusionem non  
tacuit



tacuit, quæ manifesta est. Nonne et tu discrimen adiutorii sine quo non, et adiutorii quo, eodem sensu quo Jansenius, et ex eodem Augustini loco, libri de Concept. et Gratia ætulisti, et approbasti? Et primum quidem naturæ integre proprium esse dixisti, secundum vero naturæ lapsæ? Majorem exgò, et minorem admisisti, conclusionem putasti tacendam, metu anathematis. Imò, ut securus evaderes, debili cuidam gratiæ, et remote sufficienti hominem incedum resistere dixisti, quam consequenter tuis principiis, ipse videas; hæc enim debilis gratia, si est remote tantum sufficiens, non reddit potentiam proximè expeditam ad bene operandum, et sic, nec ei propriè resistitur, cum more æ voluntatem non possit.

72. *Peragamus ad tertium Jansenii argumentum.* Omne opus bonum hominis justæ per adiutorium gratiæ factum nunc, est meritum: omne opus bonum huiusmodi liberum est à coactione, non à necessitate: exgò liberum esse à coactione, et non à necessitate nunc sufficit ad meritum. Similiter et ad demerendum fit hoc aliud argumentum. Quicumque defectu gratiæ mandata non servat, non est liber à necessitate, sed à coactione: quicumque in statu naturæ lapsæ, hoc modo mandata non servat, demeretur: exgò ad demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione. Hinc nata est tertia Jansenii propositio damnata, ex principiis Augustini, ut ipse ait, collecta; nempe quod in statu naturæ lapsæ adiutorium quo imponit necessitatem bene operandi, ita ut sine illo mandata observari non possint. Et tamen non mereri, aut demereri per ea quæ bene, aut malè fiunt; dogma est fidei, et Augustini. Conclusionem non dubitavit inferre: Non abstinuit, licet à Jansenianis principiis non discordaret.

73. *Quartum Jansenii argumentum in forma constructum, est huiusmodi.* Quicumque gratiam talem dicit cui possit humana voluntas in statu naturæ lapsæ resistere, vel obtemperare, hæreticus est: Semipelagiani hoc dicebant: exgò in hoc exant hæretici.



lici. Minora à nemine in dubium vocantur. Majora fundantur in hoc principio, quod Augustini esse dicunt Jansenius, et Noëis, et ad fidem pertinere, quod in statu naturæ lapsæ adiutorium quo requiritur ad bene operandum, et ad perseverandum, cui voluntas humana resistere non potest. Hanc quartam propositionem Jansenius fidenter protulit: Noëis eam in mente retinuit, quam videbat in suis principiis inclusam.

74. Quintum denique Jansenii argumentum tale est. Errant qui dicunt Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse: Semipelagianum hoc dicebant: Ergo illorum error fuit Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fuisse. Hæc fuit quinta Jansenii propositio damnata, de qua nihil dixit Noëis, cum tamen de minore argumenti non dubitetur, et major secundum istos, principiis Augustini consona sit.

75. Velim nunc scire à Noëis quznam alia absurda opinionum portenta reperiantur in Jansenio, præter ista quinque à Sede Apostolicâ non semel damnata? Nulla certe assignabit. Videat ergo ipse quomodo à Pontificum se anathemate liberet. Non, inquit, istas quinque propositiones protuli. Non protulisti quidem in suis terminis, sed in animo continuisti, ut censuras effugeret. Si tamen principiis unde oriuntur assensum præbueris, ut ostendimus, tibi quidem liberum fuit, non eas verbis, aut scripto propalare, sed non intemus illis dissentire. Neque enim ignorare te arbitror, quod Philosophi docent, cum assensu præmissarum dissentium conclusionis non posse componi; neque quod apud Theologos in confesso est; quemadmodum conclusiones illæ sunt ad minus erroneæ, hæresimque sapiunt, quæ cum aliquâ propositione contra fidem, ex qua sequuntur, necessariam habent connexionem: ita propositiones illas esse ad minus erroneas, et hæresim sapientes, ex quibus aperte sequitur aliqua



